



1568









— Pyrophilia vexationumque liber. Per Adam a Bodenstein e. authoris archetypo Germanico promulgati. Postmodum per Gerard. Dorn ... in Latinum sermonem versi. Basileae, per Petr. Pernam, 1568. 8vo Bds. Frs. 80.—

Sudhoff 101. „Es ist dies Dorn's erste Paracelsus-Edition in lateinischer Übersetzung. Wie er auf dem Titel sagt, hat Bodenstein dies alles „ex authoris archetypo" herausgegeben, womit wohl Hohensteins Originalmanuscript gemeint sein soll" (Sudhoff p. 162).

PYROPHILIA

VEXATIONVM

QVE LIBER.

D. PHIL. THEOPHRA-
STI PARACELSI.

*CVI TRES ADHVC EIVS-
dem authoris tractatus accesserunt, quorum
etiam versa pagella Summarium
indicabit.*

Per Doctorem Adamum à Bodenstein ex au-
thoris archetypo Germanico promulgati.
Postmodum per Gerardum Dorn quanto fi-
delius debuit, ac ratio materiæ pati-
tur in Latinum sermonem
versi.

*BASILEÆ,
Per Petrum Pernam.*
1568.

SVMMARIVM EORVM QVAE
hoc libello continentur.

Primo tractatu metallorum septem, vera naturalisq; transmutatio, totidem canonibus ad methodum reductis continetur.

Secundo, rerum naturalium omnium tria fore principia, per demonstrationem artis igneæ docetur.

Tertio, Contracturarum origines, & curæ, suis arcanis, vt Auro potabili, Solis oleo, & Auri quinta essentia factæ, cum eorum, & aliorum naturæ mysteriorum extractionis modo, complectuntur.

Quarto morborum capitalium quatuor, (quos incurabiles, appellant alij) scilicet Epilepsiæ, Podagræ, Paralysis, & Hydropisis curæ veræ traduntur.



TRAN-



TRANSLATOR LECTORIBVS.



ON est quòd quispiã siue Theophrasto faueat, uel aduersetur, uitio mihi uertat, si libelli titulo, non prætermisso tamen, titulum adiunxerim: priusquam eius rei causam intelligat. Animaduerti plerosq; Lectores, eos potißimum qui de rebus non introspectis, imò uix superficialiter uisis, iudicare solẽt, oblato Vexationis uocabulo, mox à lectura libelli faciẽ auertere: quòd fortaßis authorem illis inuisum, existiment ad eorum contumeliam id scripsisse. Falso quidem falsius id fore cognoscerent, si libellum inspicientes uel tantillum intelligerẽt. Ego ut illis in posterum, quum titulum nouum inspexerint, etiam inquirendi cur id à me factum sit, ac simul quod immerito contempserant, intellecta nunc tituli ratione proprij, diligendi præberem occasionem: ea sumpta, Paracelsi mentem aperire uolui lectoribus in unica dictione scilicet, præceptorem nostrum artis huius maximũ inclusiße mysterium, quod etiam in omnibus eius operibus uidere licet, nec uerbulum unum arcano uacuum esse positũ. Inde fit ut eorum traductiones, & potißimum interpretationes, quàm difficiles periculosæ magis existãt: ut si tantillum ab authoris phrasi sermonẽ torqueas, etiam eius mentem prorsus, & arcanorũ seriem peruerteris, uiamq; lectoribus obstruxeris ad ea capescẽda, quæ prius erant faciliora. Cum iam in seipso fuisset expertus, quàm uarijs uexationibus alumnos, atq; discipulos torquere soleat Alchimia suos, nullosque

præter paucißimos, ac ualde patientes inter, uix unicum lætum, contentumq; reddere. Misertus eorũ exhortari uoluit, ne uexationibus huiusmodi perterriti, uel tedio quopiam affecti desisterent: imo potius finem eius rei, donec artem ipsam, & naturam fessam reddidissent, patienter, & ea quæ suis pollicitationibus in dies offerunt expectarent. Istud est arcanum in hac arte scitu maximè necessarium ijs qui metam attingere cupiunt: quod quos latuerit perseuerareque (notatis tamen erroribus correctisq;) tedebit, eis & adire Corinthum negabitur. Cum itaq; Paracelsus libellum hunc Pyrophilis tantum (ut ex eius præfatione luce clarius patet) ad eorum exhortationem scripserit, & non illis qui blandas candidasq; manus carbonibus tingere, facieiq; rugas ignibus contrahere fugiunt: nihilominus utilitatẽ artis ambiunt. Quid huic libello tituli conuenire magis potuit, quod adderetur proprio, non in supplementum (quo quidem non indiget) sed in contemnentium artem ignis resistentiã, quàm sit Pyrophilia? de qua totum etiam Compendium hoc disserit. Hæc sunt quæ de titulo nouo lectorem absoluere possunt, ne propter priorem à lectura detorqueat animum: si prima facie non arriserint, repetat si libuerit, sin minus abstineat, nemo pro suo commodo cogendus est.

Vale.

Gerardus Dorn Paracelsi
minimus alumnus.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVLO-*rum, quæ his tractatulis continentur.*

PRIMO.

PRAEFATIO THEOPHRA-
sti Paracelsi quibusuis Alchimistis, atq; le-
ctoribus præmissa.



O Vos Alchimiæ periti, quotquot etiam vobis maximas pollicemini diuitias, aut ☉ atque ☽ plurimum cupitis extruere: quod Alchimia diuersimodè pollicetur ac docet. Pariter & vos qui labores, & vexationes libenter sustinetis, abstinere tamen ab ea minimè vultis, donec vobis eius præmia promissionesq; cognita sint: experientia docet indies, è millibus ne vnum quidem votum assequi. Si naturæ defectus & artis existat: non dico, sed Fati potius, & operantis peritiæ.

Quapropter non vt solent alij vulgares Alchimistæ comuniter, libellum hunc describere volui: grauem admodum artem illi, processusq; docent erigere prolixissimos. ℞ Antim: hoc liquefieri permittas cum sale nitro, & ♈ (tartaro). quorum vnciam semis accipe. ☉ tantundem. ♃ ℥. iij. quibus adde sulphuris ℥. 1. vitrioli vnciam

F ol. ℥j (vitriol ℥j)

ciam. 1. & ☽ tantum vt iſtius poſtremi liqueſiant in crucibulo ♋. cū arsenico.

Cum itaqꝫ ſignorum, ſyderum, Planetarum cœleſtium characteres, vnà cum cæteris nominibus, receptis, materialibus, & inſtrumentis, in hac arte peritis notiſsimi ſint, hoc denuo recenſere libello ſuperfluum eſſet: quamuis huiuſcemodi ſignorum, nominum, & characterum uſus & explicatio, ſuo tempore non recuſentur. Alius hic Alchimiam, quàm antea tractandi modus per ſeptem canones, ex metallorum ſeptem ſerie deductus obſeruatur: qui licet pomposa verborum elegantia non erumpant, nihilominus in eorum conſideratione, quicquid ex Alchimia ſperandum eſt abundè ſatis, & aliarum rerum arcana plurima continentur: ex quibus etiam per ſpeculationem admiranda quædam reſultant opera, quæ multocies antiquorum operantium, & naturalium Philoſophorum ſcriptis, ac opinionibus longe diuerſa, probatione quidem, & experimento reperta ſunt.

Primo nihil in hac arte verius, quàm idipſum, quod minimè cognitum eſt,

cuiq; minor fides adhibetur. Occasio, causaq; sola difficultatis omnis in Alchimia, propter quam ad paupertatē reducuntur plurimi, reliqui frustra laborant, est operantium imperitia, materiarumque nimia, vel pauca nimis quantitas, aut æqualitas: ex quibus omnibus, res in operationibus vel destruuntur, vel rediguntur ad nihilum. At si verus processus fuerit inuentus, res ipsam se mutans indies, ad perfectionem magis accedit. Recta via facilis, sed à paucissimis reperitur.

Aliquando factum est, vt speculatiuus quispiam artifex aliquam artem in Alchimia per delirium suum excogitare potuerit, siue quidpiam, aut nihil inde sequutum sit. Nihil ipsum oportet facere, quo quicquam introducatur in nihilum, & iterum aliquid oriatur ex nihilo: hoc est infidelium prouerbium, non vtiq; falsum. Destructio bonum perficit, nam bonum apparere nullo modo potest, propter suum occultum (aliâs) occultatorem. Bonum itaq; minimè bonum, dum occultum est. Occultator est amouendus, vt bonum liberè cum clari

tate

tate sua valeat apparere. Glosa, Occulta tor est mons ♀ arena terræ ☉ meatus in quibus metallum creuit. At vnumquodque metallorum visibilium, occultum est (aliâs) occultator aliorum sex metallorum. Et quia per elementum ignis imperfecta quæquæ corrumpuntur, aduruntur, ac reducuntur in nihilum, vti sunt hæc metalla 5. ☿ ♃ ♂ ♀ ♄, è contra perfecta simili non absumuntur igne, veluti ☉ & ☽, quo fit vt in igne permaneant, & ex aliis imperfectis in quibus corrumpuntur, simul corpus suum assumant, & appareant ocula riter. Qui & quonam titulo id fiat, ex septem canonibus colligi potest, etiam cuius naturæ siue proprietatis quodlibet metallum existat, quid cum aliis operetur, & possit in eorum commixtione. Verum hoc apprimè notandum est, septem istos canones à quouis, licet acutissimo lectore, prima facie, lecturaque leuiter intelligi non posse, nam leuis intellectus occulta facilè non admittit: quapropter quiuis horum canonum disputationibus indiget non exiguis. Plurimi sunt elati superbique spiritus, qui si-

bi temerè persuasum habent, hæc omnia quæ libellus iste continet intelligere, foreq́ʒ futilia, meliora se habere putant, ista quoq́ʒ spernere solent, ☾ ☉ ☽ (☉).

Canon primus, de natura & proprietate ☿.

Omnia sunt in omnibus occulta, vnum ex ipsis omnibus est occultum hoc, corporeum, continens, extrinsecum, visibile, & mobile: liquefactiones omnes in isto continente manifestæ sunt: nam istius continentis, viuens & corporeus spiritus existit: ideo coagulationes omnes, aut congelationes in eo conclusiuè cōprehensæ, cum liquefactione quidem acquisitę, circūdatæ, necnon contentæ sunt. Nullum huic liquefactioni, minus eius origini potest inueniri nomen, quo vocentur. Et quia calor nullus tam vehemens, qui huic æquiparari possit, ignis illi tartarei calor comparari debet. Huiusmodi liquefactio nihil prorsus commune habet cum aliis naturalis ignis calore factis, frigoreq́ʒ naturali congelantibus, aut coagulantibus, quas congelationes,

nes, ob earum debilitatem in ☿ agere nequeunt istæ liquefactiones, hac ratione contemnit. Inde colligere licet elementares vires corrumpentes (quæ vel essentia quinta, vel eius elementa vocantur) nihil addere, vel adimere, nec arripiendi potestatem habere. Cœlestes, & infernales vires, elementis quatuor non obediunt, siue sicca, humida, calida sint, vel frigida: nullum eorum operandi facultatem habet contra quintam essentiam, sed quodlibet proprias vires, & operationes per se continet.

Canon secundus.

DE ♃ & eius natura, quod eius manifestum est (intellige corpus Iouis) sex metalla spiritualiter occultat, vnum quidem alio profundius, tenaciusq́;. ♃ nihil de quinta participat essentia, sed elementorum est naturæ: quapropter eius liquefactio leui penitus igne superueniente manifestatur, & accedente frigore simili coagulatur. Cum aliorum omnium metallorum liquefactionibus affinitatem habet: nam quantò quid alteri natura fuerit simi-

lius, tanto facilius vnitur illi per coniunctionem: facilior etiam est, magisq́ naturalis propinquorum, quàm remotorum ad inuicē operatio. Remotum fallere solet, eò quòd in ipso vix minimum videatur, etsi maximum existat: hinc fit, vt ad superos non anhelent homines, quia plurimum ab eis distant, eorumq́ gloriam non vident. Pariformiter inferos admodum nō formident, quòd remoti sint, eorumq́ status, & pœnæ miseriam nemo viuentium nouit, aut expertus est: hac de causa nihili fit infernus. Res enim remotiores, eò viliores habentur, quò rudiorem locum obtinent, quia pro sui loci ꝓprietate quæquæ res melior euadit, vel immutatur: quod varijs exemplis demonstrari potest. Quapropter quanto magis ♃ a ♂ & ♀ est remotior, propinquior etiam ☉ & ☾ reperitur, tanto maiorem aureitatem, aut argenteitatē (vt ita loquar) in corpore suo cōtinet, grandiorq́, fortior, visibilior, tangibilior, perceptibilior, amabilior, acceptior, notior, & verior quàm in remoto comperitur. Rursus quò res quæuis remotior, eò vilior exi-

existimatur in prædictis omnibus, ideo quòd semper præsens absenti rei præferatur. Quantò propinquius est manifestum, tanto remotius est etiam occultum. Quamobrem Alchimistis diligẽtia summa spiritualis, occultus, & remotus considerandus, atque notandus est locus, in quo sunt ☉ & ☾, sub ☉ & Luna: tum vtrum ipse cupiuerit, illud in distantia potius quærat, vt in propinquo videat, eo loco, in quo ♃ corporaliter stetit, ☉ & ☾ oculariter, ad quoduis examen existere sine fuco. Transmutationis quidem in metallis de imperfectione in perfectionem, varia sunt operationum recepta, quæ vnum alteri permiscere, tum alterum ab altero purum separare docent: hoc nihil aliud est, quam eius transmutatio, vel permutatio, per alchimicum opus perfectum adimpleta. (b infra, Nam Aurum multum Iupiter ♃, & non parũ argenti. in ♄. ☿. ☾. imponitur ei, & augmentabitur ☾, & de reliquis. *

Canon tertius de ♂ & eius proprietatibus.

OCculta 6 metalla ſeptimum expu lerunt, à ſe〈que〉 detruſerunt, ac illud effecerunt corporale, valorem illi minimum relinquētia, maximamq; duritiem ac onus imponentia, quodque ſuum coagulationis robur atque duritiam in iſtud excuſsit, ac manifeſtauit, colore, liquefactione, pariter & nobilitate ſibi retentis. Difficilimum eſt, ac laboriosum ex inepto vulgariq; homine, Principem, aut Regem fieri, ſed Mars valida, pugnaciq; manu dominium acquirit, Regiſq; locum occupat. Eſt tamen quòd caueat ab inſidijs, ne captiuetur ex improuiſo. Conſiderandū venit, qua ratione ♂ regis locum, & ☉ & ☾ cum II locum ♂ obtinere valeant.

Canon quartus de ♀ & proprietatibus eius.

ALia 6. metalla ♀ ex omni ſuo colore, medioq; liquefactionis, impermanentiæ corpus extrinſecū fecerunt. Neceſſarium tamen foret ad intelligentiam aliquot exemplis demōſtrare, quinam res manifeſta per ignem occul-

occultatũ, & manifestatur occulta materialiter. Quicquid est combustibile, naturaliter, & per ignẽ transmutari potest de vna in aliam formam, videlicet, in calcem, fuliginẽ, cineres, vitrum, colores, lapides, & in terram: quæ postrema rursus in multa corpora noua reduci potest metallica. Si metallum etiam adustum, aut ærugine vetusta fragile foret, malleationem ignitionibus iterum adipiscitur (alias, Nam aurum multum Iupiter, & non parum argenti habet. Saturnum, & ☾ impone ei, & augebitur Luna de reliquis.)

Canon quintus de natura & proprietatibus ♄.

DE propria sua natura Saturnus loquitur. Pro suo me reiecerunt examinatore 6. alia, deque loco spirituali truserunt à se, corruptibile corpus in mansionẽ etiam adiecerunt, vt quod ipsa nec sunt, nec habere cupiũt sim id ego. 6. fratres mei spirituales existunt, inde fit vt corpus meum quoties ignitum est, penetrẽt, ac vna mecũ igne trãseant, ☉ & ☾ tantũ exceptis: quæ mea

mundantur, & ſuperbiunt aqua. Spiritus meus eſt aqua ſoluens fratrum meorum congelata corpora, corpus meum tamen ad terram eſt procliue: quicquid in me recipitur etiam propriũ fit eius, & per nos in corpus efficitur. Mundo minimè foret vtile, ſi cognoſceret, aut ſaltem crederet quid nam in me lateat, efficereq́ꝫ poſsim: vtilius enim ſi mecũ id quod valeo, facere calleret: Alchimiſtarum artes omnes deſerens, hoc ſolo, quod in me eſt, & mecum fieri poteſt, vteretur. Frigoris lapis eſt in me, hæc eſt aqua per quam ſpiritus congelari facio metallorum 6. in eſſe corporeum 7. id ☉ cum ☾ promoueri.

Duplex reperitur antimonium, vnũ vulgare nigrum, quo repurgatur ☉ in eo liquefactum: cum ♄ habet affinitatem (aliâs) eſt ſui generis. Alterum eſt album, quod Magneſia dicitur purior: affinitatem habet cum ♃ maximam, & multiplicat cum alijs ☿ commiſcet ☾.

Canon sextus de natura ☾, & proprietatibus eius.

EX ☾ conficere velle ♄, aut ♂, non est leuius vel facilius opus, quàm ex ☿ ♃ ♂ ♀ ♊, Lunam ingenti lucro facere. Non est tamen vtile perfecta in imperfecta, sed hæc in illa transmutare. Quænam sit materia ☾, vel vnde proueniat, oportet etiam cognoscere: quisq; id cõsiderare nõ valet, vel perquirere, nec ☾ efficere poterit. Si rogetur, quid est ☾? est ex 6. metallis spiritualiter in 7. occultum, vt sæpius dictum est (aliâs) extrinsecus & materialiter: quia semper alia 6. metalla, septimum in se continet spiritualiter occulta. 6. metalla spiritualia non persistunt absq; vno metallo extrinseco, & materiali: sic etiam nullum corporale metallum, absque illis 6. spiritualibus locum, aut essentiam habere potest. Corporalia metalla septem liquefactione bene permiscentur, sed mixtum hoc, non est ad faciendum ☉ aut ☾ vtile: nam in ea mixtura manet aliquod metallũ in sua natura, vel fixum in igne, vel ab eo fu-

git aliud Exempli gratia misce quocũque modo potes, ☿ ♃ ♄ ♂ ♀ ☉ ☾. insimul, inde fiet ☉ & ☾, aliis 5. metallis in se nõ permutatis, sic vt ex ☉ et ☾. fiant ☉ & ☾: quamuis omnia liquefacta sint in massam vnicã, nihilominus manet in sua natura quodlibet hoc ipsum quod est: hæc sunt quæ de corporali mixtione indicanda veniũt. De spirituali vero communioneq́ metallica, sciendum est, nullam separationem, aut mortificationem spirituum esse, quia tales spiritus absq corporibus nunquam persistere possunt: etiam si corpus in vna hora centies illis adimeretur, & mortificaretur, nihilominus aliud semper priori multò nobilius acquirerent: & hæc est metallorum transpositio de vna morte in aliam, de minori gradu in maius, & altius, hoc est in ☾, & ex meliori in optimum, & perfectissimum, id est ☉ splendidissimum, & omnium regale magis metallum.*

Dicendũ est vlterius, quod huiuscemodi spirit⁹ metallici corpus, in sui primitiua generatiõe per cœlestẽ influxũ acquirãt, nempe lapidẽ aspectu vilem,

quem

quem tuſum liquefacit, corrumpit, & mortificat igne metallarius omnino: tunc metallicus ille ſpiritus in tali mortificatione, melius, atque nobilius, non friabile, ſed liquabile corpus recipit. Accedit Alchimiſta, qui tale corpus metallicum rurſus corrumpit, mortificat, & artificioſe præparat, ſic iterũ ſpiritus iſte metalli, nobilius & perfectius induit corpus, manifeſto ſe prodens in lucem ☉ aut ☾: tum demum ſpiritus, & corpus metallica perfectè ſimul vnita, ſunt ab ignis elementaris corruptione tuta, necnon incorruptibilia. Eſt igitur veriſsimum, quod ſupra dictum eſt ſæpius. 6. metalla, ſeptimum ſemper generare, aut de ſe in eſſe manifeſtum producere.

Quæſtio. Si verum ſit ☾, & quodlibet metallum ab alijs 6. originem ducere, generariq́ꝫ, Quæ eſt igitur eius proprietas, & natura? Reſponſio. Ex. ♄. ☿. ♃. ♂. ♀. nihil, nec aliud metallum fieri poteſt, quàm ☾: cauſa eſt quòd aliorum 6. metallorum quodlibet duas habet virtutes: iſtæ ſunt ☾ ſpiritus, qui breuibus verbis ſic acquiritur. Nam ☾ eſt

ex 6. ſpiritualibus metallis, & eorum virtutibus, quarum vnumquodq; duas poſsidet: ſummatim itaq; 12. ſunt in vno corporali metallo poſitæ, quæ 7. Planetis, & 12. ſignis cœleſtibus comparantur. Habet enim ☾ à Planetis ☿, & ab ♒ & ♊, ac ab ♒ & ♓ liquationẽ & album ſuum ſplendorem. ☿ ♒ & ♓. (alias) ♊. Habet etiam ☾ à ♃ ♐ ♉, colorem album, & in igne magnam ſuam conſtantiam. ♃ ♐ & ♉. Habet ☾ à ♂. ♋ & ♈. duritiam, bonumq; ſuum clangorem. ♂ ♋ & ♈. Habet ☾ à ♀ ♊ & ♎ coagulationis menſuram, & malleationem ♀ ♊ & ♎ (alias). Habet ☾ à ♄. ♍ & ♏, corpus homogeneum, cum luciditate. ♄ ♍ & ♏. Habet ☾ à ☉, ♌ & ♍. ſinceram puritatem, & magnam conſtantiam contra vires igneas. ☉ ♌ ♍. Habet ☾ à ♄. ♍ & ♑. corpus homogeneum, puram munditiam, et conſtantiam contra violentiam ignis. ☉ ♌ ♍ (alias) ♄ ♍ ♑. Talis eſt naturalis cognitio exaltationis, & cauſæ ſpiritus, & corporis ☾, cum eius natura compoſita, & ſapientia breuibus perſtricta.

Canon

Canon ſeptimus de natura ☉, & proprietatibus eius.

SEptimum ex 6. ſpiritualibus metallum, corporaliter eſt ☉, qui in ſeipſo nihil aliud eſt quàm purus ignis. Quòd autem extrinſecus phulchrius, flauius, apparentius, perceptibilius, ponderoſius, frigidius, ac magis homogeneum corpus viſu, perceptioneq́ poſſideat, huius cauſa eſt, quòd aliorum 6. metallorum congelationes in ſe contineat: quibus in vnum corpus extrinſecum eſt compactiſsimum factum. Eius tamen per ignem elementarem liquefactio prouenit, vel cauſatur, ex ☿ ♓ & ♒ liquationibus in eo ſpiritualiter occultis: huius exemplum eſt manifeſtiſsimum, quod ☿ cum ☉ facilius per amplexum commiſcetur corporaliter. Sed ☉ poſt liquationem recedente calore, frigoreq́ ſuperueniente extrinſecus, coagulari, durum & ſolidum fieri, reliquorum 5. metallorum eſt occaſio, quorum naturam in ſe complectitur, ♃ ♄ ♂ ♀ ☽. In iſtis 5. metallis, frigidæ manſiones cum ſuis regionibus præci-

puͤ reperiuntur: inde fit quòd ☉ extra calorem ignis liquefieri minimè poſsit, propter iam dictum frigus. Non poteſt etiam ☿ calore ſuo naturali, vel liquatione ſubuenire, nec ipſum defendere contra 5. metallorum frigiditatem, eò quòd ☿ calor non eſt ſufficiens ad ☉ in liquatione retinendum: quapropter oportet ☉ 5. metallis obedire magis, quàm vnico metallo ☿. Ipſe ☿ etiam officij nihil aliud habet ex ſeipſo, præterquàm ſemper fluere: hinc fit vt in aliorum metallorum coagulationibus nihil agere valeat, cum eius natura non ſit, durum, aut ſolidum facere, ſed liquidum. Fluidum efficere, caloris eſt vitæque natura: ſed frigiditas, duritiei, conſolidationis, & immobilitatis naturam habet, quæ morti comparatur. Exempli gratia 6. metalla ♃ ♀ ♄ ♂ ☾ ☉. ſi liquefieri debeant, ignis calore fiat neceſſarium eſt: niuis aut glacies, quæ frigida ſunt, hoc ipſum non efficient, ſed potius indurabunt. Statim atq; metallum igne, frigiditas hoc arripiens, durum, congelatum, & immobile per ſe reddit. Sed ꝙ ☿ fluidꝰ atq; viuꝰ ſemper
maneat,

maneat, dic quæso, calore, vel frigore an id efficiatur? qui responderit frigida humidaq́ȝ sua natura fieri, tum quod à frigiditate vitam habeat, opinionis assertor huius, naturæ nullam cognitionem habens, cum vulgo seductus est. Vulgus enim de quibusuis, nil nisi falsum iudicat, hoc etiam firmiter tenet: quapropter, est quòd ab eo recedat, quicumq́ȝ veritatem cupit cognoscere. ☿. quidem, ex frigida minimè, sed ex calida, & ignea natura viuit: quoduis etiam viuens, ignis est, quia calor est vita, frigus vero mortis occasio. ☉ ex seipso purus est ignis, non tamen viuus, sed durus, & sulphuris tantum colorem demōstrat, vt aurū, (aliâs) albū rubeo ꝑmixtū in eo ꝓportionaliter. Metalla 5. frigida sunt hæc ♃ ♂ ♄ ♀ & ☾, quæ suas tribuunt ☉ virtutes: secundum frigiditatem, corpus ipsum: secundum ignem, colorem: secundum siccitatem, duritiem: secundum humidiitatem, pondus: & ex splendore, clangorem. Quòd autem ☉ in ignis terrestris elemento non comburitur, nec etiam corrumpitur, efficit hoc ☉ constantia: nam vnus

ignis alterum adurere non poteſt, nec etiam abſumere, ſed potius quum ad ignem accedit ignis, augetur validiorq́; fit in ſuis operationibus. Cœleſtis ignis quem Sol in terram ad operandum apud nos influit, non eſt talis ignis, qualis eſt in Cœlo, nec ſimilis noſtro ſuper terram exiſtenti, ſed ignis ille cœleſtis apud nos, eſt frigidus, & congelatus ignis, qui corpus eſt Solis. Quamobrem ☉ per noſtrum ignem ſuperari nullo modo poteſt: hoc illi ſolum accidit, vt liquefiat, ſicuti nix, vel glacies ab ipſo cœleſti Sole. Ignis igitur ignem comburendi, poteſtatem non habet, quia ☉ eſt ignis, qui ſolutus in Cœlo, congelatus apud nos exiſtit.

Aurũ eſt in eſſentia triplex	1. *Cœleſte* 2. *Elemẽtare* 3. *Metallicum*	*eſt*	*Solutum* *Fluidum* *Corporeum*

Deus & natura nihil faciunt fruſtra.

LOcus rerum omnium perpetuus, temporis expers, ac principij, finiſque locorum vbiuis operatur eſſentialiter: cuis nulla ſpes eſt, quod reputatur

putatur impossibile, quod etiam incredibile, desperatumq; videtur, mirabiliter in veritatẽ erumpet. Notandum est super ☿. vrens (c alias). Quicquid in colorem album tingit, vitæ naturam habet, lucisq; proprietatem, atq; potestatem, quæ vitam causaliter efficit: in hoc motu quidem, ignis cum suo calore, vitæ est eius origo. Quicquid è cõtra tingit in nigredinẽ, aut nigrum efficit, naturam cum morte communem habet, tenebrarumqúe proprietatem, & vires mortis efficaces. Corruptionis huiusmodi coagulatio, fixatioq;, terra est cũ sua frigiditate. Domus enim semper est mortua, sed eam inhabitans viuit: cuius exemplum si reperire valueris, euicisti.

Pignes adole verbenas

Puluis liquefactiuus.

(c Nota hoc opus ad ☿) R. Salis nitri vncias iiij. Sulphuris medietatẽ, tartari vnciam. 1. trita simul accendas in crucibulo cum minerali, subsidebit Rex pulcherrimus.

Mineralia quærendi modus.

IN terra nec non in lapidibus inueniẽdi spes est incertissima, verum quia

primus acquirendi modus, atque via, nullo modo sperni, sed summopere laudari debet. Taleq́ue desiderium, aut appetitus nō magis, quâm iuuenum adolescentumq́ue licitus ad matrimonium amor, interire deberet. Vt apes ꝓpter mel & ceram ad rosas & flores desiderant, non alias homines, vt ipsæ, præter auaritiam commodumq́ꝫ proprium, ad eruendum è terra metallū anhelare foret æquum: nam qui nimium quærit, nil nimum reperire solet. Non auro solo Deus homines argentóue, sed etiam pauperie, sordibus, atqꝫ miseria donat. Aliquos etiam ad metallorum, & mineralium singulares cognitiones vocauit, quibus faciliorem, & breuiorem ☉ & ☾ fabricandi modum, absque fossionibus fusionibusq́ꝫ sunt adepti, quâm ex vulgari ☉ & ☾ è primitiuis corporib. extrahendi consuetudine: nedum ex subterraneis, verumetiam per certas artes, et noticias, ex 5. metallorum genere (medio tamen arte fabricatorum metallorū) ☿ ♃ ♄ ♂ ♀, de quibus, & quolibet separatim ☉ & ☾ fabricari potest, ex vno tamē, quâm ex alio facilius.

Nota

Nota ſuper his, ex ☿ ♄ & ♃ facile, ſed ex ♂ & ♀ difficile ☉ aut ☾, poſsibile tamen fieri, ſed cum additione fermenti. (alias) ex magneſia & ♄ exit ☾, ex ♃ & cinabari purus ☉ oritur:) ☉ et ☾ ex ♃ ♀ & ♒ purum aurum ♈. Poterit ingenioſus artifex (qualem aliquando vidiſſe memini) diligenti quidem animaduerſione præparare metalla, ſic vt ratione vera ductus, metallorum tranſmutationis perfectionē, opere ſuo vel regimine magis promoueat, quàm cœleſtium ſignorum 12, atq; Planetarum 7 curſus faciant: quos etiam in his obſeruare ſuperfluum eſt, & aſpectus, mala ſiue bona tempora, diem aut horam, huius vel alterius Planetæ ſtatum proſperum, aut infœlicem, quæ nec iuuare poſſunt in Alchimiæ naturalis arte, multò nocere minus: ſi verum alias, & poſſibilem proceſſum habueris, operare cum libuerit: ſi tamen ex te, vel operationibus tuis, et intellectu fuerit aliquis defectus, Planetæ ſyderaq; cœleſtia, tibi deficient in opere.

Quidnam de congelatione ☿ cenſendum ſit.

MOrtificare, vel congelare ☿, & poſtmodum in ☾ cõuertere velle, magnoq́; labore ſublimare, vana ſunt opera, cum illa ſint ☉ & ☾ exiſtentium in eo diſparitio tantum. Eſt enim alia longè diuerſa, propinquiorq́; via, qua ☿ paruo diſpendio, laboreq́ue minori, ſine cõgelatione tranſmutatur in ☾. Quiſq; libenter addiſceret artem hanc in Alchimia tam leuem, atque facilem, per quam breui tempore ☉ & ☾ plurimum extruere valeret, aliæq́; ſibi tædio ſunt (aliâs ſcripturæ) promptitudines & verba (aliâs quæ non ita leuiter declarant) quinam ſibi foret agendum: hoc & ita facito, libenter audiret. operare ſic, & habebis ☉ & ☾ quibus in ditiſsimum virum euades. Quî ſic? tantiſper expecta quæſo, donec labore ſine breuibus verbis declaretur, præmanſumq́; tibi cadat in ſtomachum ex ♄ & ☿ mox ☉ & ☾ extruendi ratio. Non eſt nec eſſe poterit vnquam hæc ars inuentu, factuq́; tam communis, ac in ſeipſa facilis exiſtit, ☉ & ☾ fabricandorum

dorum

dorum promptitudo per Alchimiam leuior eſt, quâm ſit neceſſarium aliquo documento, vel ſcriptis maiorem eius facere mentionẽ ea, quæ de annali glacie fieri conſueuit.

De receptis Alchimiæ.

QVid præter ea de receptis Alchimiæ, vaſorum, & inſtrumentorũ diuerſitate (quæ ſequitur) exiſtimandum eſt: vti ſunt fornaces, vitra, ollæ, aquæ, olea, calces, ſulphura, ſalia, ſalpetræ, alumina, vitriola, chryſocollæ, atramenta, auripigmenta, ſal vitri, ceruſa, terra rubea, tucia, cera, lutum ſapientiæ, vitrum contuſum, viride æris, fuligines, teſtæ ouorum, crocus Martis, ſapo, chryſtallum, creta, arſenicum, antimonium, minium, elixir, lazuriũ, ſol laminatus, ſal nitri, ſal armoniacum, lapis calaminaris, magneſia, bolus armenus, & alia plura. De præparationibus, putrefactionibus, digeſtionibus, probationibus, ſolutionibus, cementationibus, filtrationibus, reuerberationibus, calcinationibus, graduationibus, rectificationibus, amalgamationibus, pur-

gationibus, &c: quibus Alchimiæ libri ſunt refertiſsmi, deinceps illis, quæ herbis, radicibus, ſeminibus, lignis, lapidibus, animalibus, vermibus, oſsium cineribus, limacũ capſulis, conchis, cocleis, & pice fiunt. Hæc & ſimilia quæquæ ſunt in Alchimia remotiſsima quædã, imo vaniſsima laborum onera, quibus etiam ſi ☉ & ☾ fieri poſſet, nihilominus intentionẽ hanc magis quàm prouehant, impediũt. Non eſt igitur ex his (vt verè loquar) addiſcẽdum, quod ad artem faciat ☉ et ☾ fabricãdi, quapropter omittenda ſunt omnino, quòd cũ 5. metallis ad ☉ & ☾ prorſus nihil operentur. Percontari poſſet quiſpiã, quæ eſt igitur hæc via, breueq́ fundamentum, quæ difficultatem nullam habent, eisq́ tam cito ☉ & ☾ fieri poteſt, verè, & ſine fuco? Reſponſio, abũdè ſatis in ſeptem canonibus, & apertè dictum eſt, qui per hos intelligere noluerit, fruſtraneus labor eſſet amplius eum inſtruere. Non eſt etiam, quòd ſibi quis inſipidè perſuadeat ea tam leuiter intelligi poſſe: verùm occulto ſenſu melius quàm aperto.

Hæc est ars.

POstquã Cœlum, aut Saturni sphæram cum vita currere feceris super terram, impone Planetas omnes, vel quem volueris, vt ☾ tamen portio sit minima: omnes simul aut separatim currere permittas, donec Cœlum ♄ penitus euanuerit, manebunt omnes illi Planetæ mortui, cum antiquis suis corruptibilibus corporibus, et aliud recẽs, perfectum, & incorruptibile corpus induerunt. Illud enim corpus est spiritus Cœli, de quo rursus illi Planetę corpus & vitam accipiunt, & viuunt sicut antea. Corpus hoc accipe de vita, et ex terra, quod serua: est enim ☉ & ☾. En artem habes omnino manifestatam, & integram: si nondum intelligis eam, aut calles, bene est, quia sic est, vulgarius non, quòd detecta maneat.

De calore ☿

QVotquot ☿ humidæ frigidæꝗ naturæ fore, vel esse debere iudicant, errore vincti sunt, quia nõ est nisi de sua natura summè calidus, &

humidus: cuius occasione semper, ac perpetuò in (aliâs in fluxu) vitaq; debet esse: nam si humidæ frigidæq; naturæ foret, aquæ congelatæ similitudinẽ haberet, semperq; durus & solidus existeret, ignisque calore primum, vt alia metalla ipsum liquefieri foret necesse, quo quidem non indiget, cum liquationem & fluxũ habet ex proprio calore sibi naturaliter insito, qui tenet ipsum in fluxu perpetuo, viuumque facit, vt nec mori, nec coagulari, vel congelari queat. Id maximè scitu dignum est, metallorum spiritus septem, aut quotquot eorum mixta fuerint, ac simul in ignẽ veniunt, inter sese pugnam agere, præcipuè ☿, sic vt quisq; suas in alium vires atque virtutes exerit, vincendi, liquefaciendi, transmutãdiq; desiderio. Vnus alterius virtutem, vitam, et formam deprædatur, aliamq; naturam, & formam illi tribuit. Calore commouentur itaq; metallorum spiritus, aut vapores, ad operandum in sese mutuo, necnon transmutandũ de vna virtute in aliam, quousq; ad perfectionem, et puritatem ventum sit.

At

At quidnam agendum foret cum ☿ latius, vt humiditas, & caliditas illi poſſet adimi, quarum loco maxima frigiditas introducta congelaret, conſolidaret, omninoq; mortificaret eum? Hoc fac quod ſequitur. ℞. purum E ♀ Z ☿ RT ♀ CXPCX ☿ R. quibus impone ☿ optimè concluſum, & ſuſpenſum in loci coagulationis medio per 24. horas: id eſt per diem naturalem. Hoc aufert à ☿ cœleſtem ſuum calorem, & per caliditatem extrinſecam, frigiditatem intrinſecam ♄ & ☾ (qui ambo ſunt Planetæ frigidæ naturę) tribuit, ex qua, vel per quam ☿ congelari, conſolidari, & indurari cogitur.

Nota frigiditatem (qua ☿ indiget in ſui conſolidatione, mortificationeq;) ſenſu minimè perceptibilem extrinſeco, veluti niuis, aut glaciei, ſed potius extrinſecus calidum quid apparere. Non alias de calore ☿ quo fluit iudicandum eſt, non fore caliditatem extrinſecus perceptibilem, ad noſtrarum qualitatum ſimilitudinem, imo potius extrinſecus tamquam frigiditas percipitur: vnde Sophiſtæ (gens inexpertè lo-

quax) perperam asserunt, eum esse frigidæ, humidæq; naturæ: quo fit etiam, vt illum non alijs, quàm calidis rebus coagulare studeant, quibus tamen fluidiorem effici, quàm solidũ esse cupiãt, suo damno quàm lucro potius indies experiuntur.

Alchimia vera, quæ vnica tantùm arte, ☾ aut ☉ ex quinq; metallis imperfectis fabricare docet, aliud Receptum non admittit, præter illud, quod sic, & verè loquitur. Solum ex metallis, in metallis, per metalla, & cum metallis, perfecta metalla fiunt: nam in alijs rebus est ☾, & in alijs metallis est ☉.

Quæ materia, quibus etiam instrumentis in Alchimia sit opus.

NOn alijs opus est, quàm officina fusoria, plenis aere follibus, tenaculis, malleis, crucibulis, testis, & cupellis ex faginis cineribus constructis. Postmodum impone ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☾, & operentur in finem vsq; ♄. Si metalla diu satis in terra sepulta manserint, non solum ærugine consumuntur, verumetiam perseuerãtia transmutantur

tantur in lapides naturales, quorum infinitus est numerus, at paucis arcanum hoc est cognitum. Reperitur enim in terra gentilium vetus & lapidea moneta, suis imaginibus impressa, quæ prius metallica fuit, sed per transmutationẽ à natura factam, in lapides versa.

Alchimia quale sit animal.

NIhil aliud est Alchimia, quàm perceptibilis, industria tamen, excogitatus sermo verus, quo genera metallorum, ex vno in aliud transmutari docetur: secundum quem vnusquisq; sibi meliorem viam, & artem, pro suæ mentis captu (qui rem perpendit acutius, ita metam attingit) eligere potest, ac in ea veritatem inuenire. Syderum, & lapidum rationem habere maximã oportet: qui sydus lapidum, est omniũ formationis spiritus. Est etiam syderũ omnium cœlestium ☉ & ☾ non nisi lapis vnus in seipso, terrenusq; lapis à cœlesti prodijt lapide, per eundem ignẽ, eosdem carbones, cineres, expulsiones easdem, & repurgationes, quibus lapis ille cœlestis, clarus, & purus in splendo *Alchimiæ definitio.*

re suo separatus, & reductus est. Totus autē globus terræ, nihil aliud est, quàm abiectum quid, concretum, mixtū, corruptum, tritum, & iterum coagulatum, & partim in massam vnam lapideum opus liquefactū, q̄d in meditullio sphæræ firmamenti, sedem & quietē habet.

Notandum est vlterius lapides illos preciosos, qui proprijs nominibus à lapidibus cœlestibus, vel syderib. appellantur, proximum perfectionis, puritatis, pulchritudinis, claritatis, virtutis, cō stantiæ contra ignem, & incorruptibilitatis habere locum, & cum alijs lapidibus in terrā esse defixos. Quapropter cum cœlestibus lapidibus, & syderibus maximam habent affinitatem, quòd eorum naturæ sint, ab eisq́ deriuentur. In fracto continente prius reperiuntur ab hominibus: vulgus tamen (cui de rebus falsum asserere proprium est) existimat ibidem vt inuenti sunt, nasci, postmodum expoliri, circumferri, vendi, necnon pro maximis haberi diuitijs, ob eorum colores, formositatē, aliasq́ virtutes: de quibus inferius narratio sequitur.

Sma-

Smaragdus

Est viridis, transparens que lapis: prodest oculis & memoriæ, tuetur castitatem, quæ si penes eum infringatur, & ipse non integer manet,

Adamas

Crystallus niger, adamas nomine, vel Euax à lætitia, quã imprimere perhibetur gestantibus: est obscuræ transparentis que nigredinis, ferrei coloris, omnium durissimus: sanguine tamen hirci soluitur. corpus eius auellanæ quantitatem vt plurimum non excedit.

Magnes

Ferreus est lapis, & ideo ferrrum ad se trahit.

Margarita

Est vnio, non lapis, quia nascitur in cocleis marinis, albi coloris. quod in animantibus, hominibus, aut piscibus nascitur, nõ est lapideę naturę propriè, sed perfectum opus.

Hiacynthus

Flauus est lapis & transparens: est et

fios eiuſdem nominis, qui ſecundùm fabulas Poetarum homo fingitur.

Sapphyrus

Lapis eſt cœleſtis coloris, & pulchri, cœlicæq; naturæ.

Rubinus

Splendet colore valde rubeo.

Carbunculus

Solaris lapis, lucet ex propria natura ſicut ſol.

Coralium

Lapis eſt albus, vel rubeus, non trãſparens, in mari naſcitur, ex natura tempeſtatis, & aeris, in ligni formam, aut arbuti, ex aere dureſcit in lapidẽ, & igne minimè conſumtibilis.

Calcedonius

Lapis eſt varijs colorib. mixtus, inter obſcuritatem, & tranſparentiam tenens medium, mixtus etiam fluxibus nubium, coloris hæpatici, lapidum preciosorum maximè ignobilis.

Topazius

Lapis eſt noctu lucens.

Amethi-

Amethistus

Purpurei, colorisq́ue ſanguinei lapis eſt.

Cryſopaſſus

Igneæ naturæ lapis.

Criſtallus

Eſt lapis albus, tranſparens, glaciei perſimilis coloris: conſtat ex igne, & frigiditate.

MEDICORVM FACILE' PRINCIPIS AVREOLI THEOPRASTI PAracelsi de tribus Substantijs primisq; Principijs libellus.

CAPVT I.

Tria principia.



MNE crescentium à natura productum in tribus ornatissime positum esse comperimus, videlicet in Sale, Sulphure, & Mercurio: quorum trium coniunctione conflatur corpus, & vnita substantia. Quod ad corpus attinet, eius hic nulla fit mentio, sed illius dumtaxat quod in eo continetur: cuius operatio triplex, vna Salis, hæc purgat, mundificat, balsamoq; suo conseruat, ac in illa dominium habet, quæ tendunt in putrefactionem. Alia est Sulphuris, & in ea quæ superflua sunt ex alijs duobus, aut incipiunt corrumpi, dominatur. Tertia Mercurij, quæ quidem aufert omne, quod habet consumptionis initium.

Operatio triplex.

Forma

Horum trium forma.

Forma trium, liquor est Mercurij, Sulphuris oleum, & alcali Salis. Mercurius sulphure caret, atq; sale, mercurio saleq; Sulphur, & sulphure Sal mercurioq;: cum tamen vnumquodq; per se solum existit in sua potentia.

Quando quoduis istorũ in sua potentia.

Sed in morbis permixtis, rerum istarum separatio non est perfecta, quia duorum aut trium operationes in vno quandoq; reperiuntur, vt in Hydropisi, & in alijs similibus morbis.

Permixtæ ægritudines quæ.

Aegritudines permixtæ sunt illæ, quæ sua siccum, humidum, temperatum excedunt, &c. sicuti sæpe Mercurius, & Sulphur curant Paralysim, ea de causa, quòd ibidem corporale sulphur admixtum, aut in confinijs læsum est.

Morbi commixtio est læsio in tribus.

Considerandum itaque morbum aliquem dupliciter, aut tripliciter posse commisceri.

Medico quæ animaduertenda.

Simplicium vtique medicus, in liquore, oleo, & sale ponderare gradus, & quantam in istis exaltationem habeant perpendere, morbiq; statum in confiniorum læsionibus, & cum simili iudicio liquorem, sal, & sulphur extrahere, necnon quibus opus erit attribuere debet:

Regula.

methodum hanc obseruando, scilicet, quòd vnum læsioni me-

dicamentum, alterum vero morbo ſit adminiſtrandum.

CAPVT II.

Vis purgandi ſaliũ duplex per ſeceſſum.

SAlia purgandi vires habent, diuerſis tamen rationibus. Aliqua per ſeceſſum, & iſta ſunt duplicia, quorum vnum ſal rei dicitur, hoc digerit in exitum. Alterum eſt ſal naturæ, quod agit in expulſionem. Abſquè ſalibus nulla purgatio fieri poteſt, inde ſali naturæ vulgi ſalia conferre colligendum eſt.

Rei & naturæ.

Per uomitum.

Nonnulla per vomitum purgant, illa ſunt craſsiora, quæ orificio ventriculi ſuperius adhærentia, non tranſeunt in digeſtionem. Alia per ſudorem, & ſunt omnium ſubtiliſsima, ſeq; recipiunt in ſanguinem. Ad ſtercora ſalia quæ ſunt, & ad vomitum, ſanguini minimè commiſcentur, hinc fit vt ſudorem etiam non prouocent, quia ſudor aliud nihil eſt quàm ſal. Quædam per vrinam purgant, quæ tota ſal etiam exiſtit ſuperfluum. Stercus autem eſt ſuperfluum ſulphur. Ex liquore ſuperflui nihil exit, ſed in ſe manet. Sunt igitur egeſta quæ-

Per ſudorem.

vis

vis à corpore per salium operationes, expulsa phlegmata, sicuti ꝑ nares aures, aut oculos, aliasq́; partes corporis videmus fieri: quæ quidem ex Archeo de quo suas virtutes accipiunt, intelligi debent, vt infra dicetur latius. Cum igitur salium virtus laxatiua proueniat ex Archeo, vnum purgat ventriculum: quum ex Archei ventriculo fuerit, aliud splenem, si fuerit ex Archei splene, sic de cerebro, iecinore, & pulmone, cæterisq́; membris, atq; partibus intelligendum erit: Archei membra scilicet, microcosmi membrorum esse regimina. Alcalium etiam varia sunt genera salium, vnum est dulce veluti cassia, hoc est sal separatum, quod in mineralibus antimonium dicitur. Acidum est aliud, sicut sal gemmæ. Aliquod asperum, vt zingiber. Reliquum est amarum, vti reperitur in Reubarbaro, coloquintida, & cæteris. Alcalium etiam quædam nascuntur, vt Harmel, alia quidem extrahuntur, vt scamonea, multa coagulantur vt absinthiaca, quorum intellectus omnium ex rerum in essentia salina cognitione dependet. Similiter nonnulla

Omnes operationes ex Archeo.

Sal uarij saporis, Dulcis, Acidi, Acris, Amari.

Quædam nascuntur, extrahuntur, coagulantur.

per sudorem purgant, alia per consun-
tionem, vel alio quouis modo, nam pro
saporis varietate salium, est eorum e-
tiam operatio diuersa, nempe rei, & ex-
tincta.

Operatio bifaria, Rei & extincta.

CAPVT III.

Operatio Sulphuris in quibus.

SVlphuris operatio, est exsiccatio, et
consuntio superflui in seipso, vel in
alio: modo superfluitas huiusmodi sub-
iecta salibus non fuerit. Vt in Hydropi
si requiritur medicina salium ex Archei
iecinore tracta, qua putrefactũ & cor-
ruptum expelli queat: vt morbus tamẽ
auferatur, necessarium est sulphur, cui
morbus hic in origine sua subijcitur: li-
cet vnumquodq; sulphur idipsum prę-
stare non valeat. Ex elementorum natu
ra productum est, vt omnis morbus ex
natura corporis ortus, ex opposito si-
bi correspondentem ex elementali na-
tura partem habeat: quod vniuersali-
ter & particulariter id accidere solet.
Quapropter morborum genera quæ-
uis, ex elementorum generibus cogno
sci

Exemplum in Hydropisi.

Ex generibus elemẽ

ſci debent: alterum enim alterius eſt indicium.

torum genera morborum cognoſcenda ſunt.

CAPVT IIII.

Mercurius omne quod à ſale ſulphureq́ recedit ad ſe recipit, vt in morbis ligamentorum, arteriarum, iuncturarum, articulorum, &c. Quamobrem in huiuſcemodi morbis vnicè curandum eſt, vt Mercurij liquor auferatur, & quæuis ægritudo per ſuũ appropriatum, vt à ſpecialitate rerum in ipſa natura demonſtratur, & in Philoſophia de re & natura: quod breuitati ſtudentes hoc loco non recenſemus.

Operatio Mercurij.

CAPVT V.

Ex præcedentibus colligi debet, morborum tria genera cuiuis medico præſupponenda, ſcilicet vnũ ex ſale, ſecundum ex ſulphure, tertium ex mercurio. Ex ſale quidem hoc modo: Quilibet morbus laxus à ſale regitur, vt fluxus ventris, dyſenteria, diarrhœa

Tria genera morborum omnium.

Ex ſale.

rhœa, liëteria, &c. & est illud sal quod suo loco positum, & â quo, siue sana, siue corrupta quæuis egestio profluit. Vnum est sal naturæ: corruptum est alterum, & resolutum: inde sequitur eius curam per salia fiendam, id est, sal vnũ alterum sal rectificare, separareque hoc quod resolutum est ab integro debere.

Sulphuris cura subsequitur. Postmodum sequitur cura sulphurea, tanquam salium operationum confirmatio, cuius potestatem habet, estque sulphur speciatum ex vi Archei.

Ex Mercurio. Ex Mercurio proueniunt arteriarũ, ligamentorũ, articulorum, ossium, neruorum, & similium ægritudines, quia in aliis partibus corporis non prędominatur substantia mercurii corporalis, quàm in exterioribus membris.

Ex Sulphure. Sulphur quidem interiora membra lædit, vti cor, hæpar, cerebrum, renes, &c. qui sulphurei morbi nominari propriè debent, quia in ipsis est substantia sulphurea. Exempli gratia: colicam assumamus, cuius origo sal est, ob intestina quibus sal prædominatur, & in eis varia genera colicæ producit: vnum quũ resol-

resoluitur: alterum, vbi nimium indura tur, & suum temperamentum excedẽs, ad humidum uel siccum præter æquitatem excesserit. Quapropter in cura colicæ salia elementata sal humanum rectificare debent: & cum demũ aliud additum fuerit, vti sulphur, curam hanc existimabis colicæ veram.

Colicæ cura.

In morbis mercurialibus, & sulphureis, eorum appropriata sunt assumenda, non contraria per contraria, sed propria solùm ad suum innatum: frigiditas caliditatem nõ vincit, nec è contra. Cura sumẽda est ex eo quod morbum auxit (aliâs) produxit, & eius loco.

Non cõtrarium per suũ contrariũ, sed proprium ad suum innatum curandum est.

CAPVT VI.

Svbdiuiduntur iterũ genera morborum, in varios ramos, locustas, & folia, nihilominus cura diuersa non est, quia morbus mercurialis est exemplar, ex quo mercurij liquoris etiam ramorum, locustarum, & foliorum (correspondentium tamen) varietas cognoscitur, vt in pustulis, quarũ genera sub mercurio continent̃ omnia, quòd mor-

Morborũ subdiuisio in ramos locustas & folia.

bis hic mercurialis exiſtat. Nonnulli Gallici morbi ſub mercurio vulgi concluduntur, puſtulæ quædam ſub mercurio metallino, alij ſub mercurio xiloherbani, multi ſub mercurio antimonij, cuius cauſa eſt, quòd mercurius ad ſuas ꝓprias locuſtas ex ordine ſuæ naturæ, nõ præter ordinem tendit ad improprias. Qua de re liquores mercurij neceſſario ſunt cognoſcendi, cum ipſe mercurius idipſum curet, quod ſale ſuo proprio corrumpitur, & alio: nam in eo vis conſolidatiua & incarnatiua (ſicuti pro natura mercurij) ſita eſt. Mercurialis iſte liquor varius in rebus eſſe reperitur, vt in metallis, veluti metallum, in Iunipero, & Hebeno ſicuti lignum, in margaritis, talcis, & cachimia ſicuti minerale quid, in braſſatella, perſicaria, & ſerpẽtina velut herbæ: eſt tamen idem, & vnicus mercurius, qui ſe diuerſimodè cernendum prębet. Quod iam de puſtulis dictum eſt, hoc ipſum de ſuis vlceribus intelligendum erit: quædam ex mercurio de perſicaria curam expetunt, alia ex mercurio de arſenico, nonnulla ex mercurio de xiloguaiacano. Qua de

Liquor Mercurij qua forma rebus inſit.

cauſa

causa morborum, & rerum arbores cognoscere medico necessariũ foret, quarum triplicitatis pars vna salis est, quæ duplata rebis, & alimenti reperitur: idẽ in arbore sulphuris & mercurij iudicari debet. Maximopere cauendũ est medico ne duas arbores in vna cura permisceat, sed methodum hãc obseruare conetur, quæ mercurialib. morbis mercuriũ, sal salinis, & sulphureis sulphur, ac vnicuiq; morbo suum appropriatũ adhibendum esse docet naturaliter. Medicamentorum igitur tria genera, totidem & morborum esse comperiuntur: inde vaniloquiorum, & cauillationum prolixitates Auicennæ, Mesue, necnon aliorum fugiendas esse constat apertissime.

Cognitio arboris rerũ & morborum necessaria.

Regula.

Vt morborum tria genera, totidem & medicinæ.

CAPVT VII.

VT medicus animi sui conceptum breuibus, & leuiter extricare valeat, morbos omnes, et quemlibet sub suæ curæ nomen, vti supra narratũ est, concludere debet, non dicere morbus hic, est Ictericia, quoniam experti

Omnis morbus à mèdico ponendus sub nomine suæ medicinæ.

non est medici, quòd & quiuis rustici famulus hoc ipsum effutire nouit, sed ita loqui, morbus est leseoli, verè medicorum est: nam vnico vocabulo morbi cura, proprietas, nomen, qualitas, dispositio, ars, & scientia simul includuntur. Leseolus enim Ictericiam & non alium curat morbum. Huius morbi talis diffinitio caret erroribus, & eius cura probatur ex eo, quòd in leseolo diaphanitas salis maxima, quæ magis quàm fusus topazius tingit & fixat, reperitur. Est etiam Ictericia sal in flauo colore diaphanum, quod suo simili pelli debet. Non alias Ansenata, & sal producens ictericiam, illud est mater Ansenonæ & leseoli, sed ex bina matre, scilicet animali, & elementali sumens originem. Sunt igitur ex hoc libello tres arbores istæ peroptimè discendæ, quia quicumque semen earum ignorauerit, erroribus talem scatere necessum est Latius dicendum erit, hic est morbus Auri (non lepra nec species eius) sic loquitur verus medicus, eo sermone demonstrans curam se veram habere lepræ: nouit & custos in pagis dicere, hæc est lepra. Hæc tu

u loquere, morbus hic est tincturæ, colliget inde medicus expertus, cognitionem tincturarũ habere te, earumq́ regenerationis, & ætatis restaurationis ignarũ non iudicabit. Cum dixeris, morbus est vitrioli, sapiens mox intelliget, species Epilepsiæ curasse te per oleum vitrioli, vel spiritum eius: Hæc & similia docent antiquorũ scripta. Sed quãuis ad huius instituti mei theorica non pertineãt, volui tamen his indicare qua ratione medicinæ theoria finienda sit, ac ad suam practicam deducẽda: quôd etiam theoricæ tantum id fecerim, causam esse putes, quia specialis illorũ natura, de trium antedictorum fontibus, naturæque mysteria per antiquissimos autthores illis inclusa peti debent: per quos etiam theoricam meam, quoad amborum originem, elementorum scilicet in suis productionibus, & animalium suis in generationibus firmissimè probare possum, & ex ipsis theoricæ fundamentum immotissimum ponere.

CAPVT VIII.

Incarnantia sunt ex Mercurio.

VT clarius ex theorica pateat vnde ſint incarnatiua, dicimus ea ſolum ex mercurio fore, qui non tardè, ſed expeditiſsimè, ſicuti per mercuriũ in reſina, citius mercurio mumiæ, mercurioq; tartari citiſsimè vulnera, necnõ vlcera, cancrum, Eſtiomenam, & Heriſipilam curat. Plurimæ ſunt huiuſmodi vires mercuriales in elementis, & in annualibus circuitibus, quæ quidem omnes prodeunt in lucem, his qui locum in quo mercurius et aliȩ partes exiſtũt, ac mercurium ipſum, vnum in topazinum, alium in crocum ſandalinum, & alium in ſpiritum, quemlibet in exaltatione ſua, qua magis delectatur, eſſeq́ue debet, præparare norunt. Eſt enim ad vſus neceſsitatem peculiariter extrahendus, ad vires incarnatiuas, & conſolidatiuas, quas etiã in mercurio duntaxat, in quo poſt ſeparationẽ, ſulphur nullum, necq; ſal remanſerit, ſed qui purus ſit omnino, hoc loco dicimus exiſtere. Non ſecus eſt de ſulphure, quorũ

vſus,

vsus, & exaltationes cognoscenda sunt illi, qui medicus alias nominari, necnon ægros artificiose curare cupit. Miraretur Porphyrius, hominemq; delirum efficeret audire, Saphirum, & Iaspidem, lapidesque preciosos fore mercurium, quòd non oculis id cerneret, manibusque tractaret: quid mirum cum nullam experientiam habuerit vnquã, nec eam discendi cupidus extiterit, nihilominus vitulos allatrat.

CAPVT IX.

QVod zingiber diaphanum existat, salis est de cuius corpore cõstat occasio. Huiusmodi virtus est ignis, per quem generationes ebulliunt (vt in philosophia) tum per suã bullitionem deopilat, humoresque sulphuris, salis, & mercurij, in secundum, tertium, & quartum ebullitorum gradus cogit, ac secundum istam salis igneitatem, gradum accendit, ex quo destillant humiditates per poros, & guttas oculariter. Sic etiam de mũdificatiuis, ex sola mundificationis virtute salis id

efficiunt, ſicut mel, & alia: ſequitur inde, quòd in melle balſami ſal habeatur, quod corruptionem vitat, hoc idem & in Balſamo ſal (quod omnium quæ natura produxit nobiliſsimũ eſt) efficit.

Attractiuæ natura uirtutis. Attractiua virtus eſt ex natura ſulphuris, vt gummi quæuis ex vi ſuæ ſulphureitatis attrahunt: & maſtix ſulphur eſt ita productum, ſic & oppopanacum, galbanum, & alia multa. Eorũ opinio non eſt obſeruanda, qui dicunt, caliditatis eſt attrahere, ſed ita loquere tu veritatem, ſulphuris eſt attrahere. Nam calida ſolum trahunt â locis quibus adiacent, & in quibus aduruntur: cauſa hæc eſt, id quod vritur eſt ſulphur non fixũ, ideo recedit: gũmi uerò, laxatiua quoque, & ſimilia ſunt etiam attractiua de locis, in quibus non exiſtunt, ſicut Magnes. Quod autem ſalia etiam attrahãt, efficit hoc ſal quod impreſſum eſt ſulphuri, eiuſq; ſpiritu coagulatum, quare longius, vel à loco diſtantiori trahit, quàm ſitum eſt.

Omnia repercußiua ſulphureæ ſunt naturæ. Pariter & repercuſsiua ſunt ſulphurea, ſiue calida, frigida, viridia, vel cœrulea fuerint. Repercuſsiui ſulphuris eſt

ad

ad centrum se recipere, deq; mobilibus quicquid arripit ante se pellere. Non est, vti loquuntur frigidi repercutere: boni viri qui hoc dicunt, opinãtur cauda se tenere vulpem, cum tamen in anũ illi manum impegerint. Subtilissimũ, & maximè cautelosum Albertistam oporteret esse talem, qui regulam hanc defendere vellet, quamuis etiã ex Græcorum consilio prodiret, latius de his in Philosophia.

CAPVT X.

QVicquid sciri cognoscíq; de confortatiuis potest, hoc ipsum docet explanatio Archei, qui homini persimilis, in quatuor elementis positus est, Archeus verus in quatuor partibus. De quo sic loquere, magnus est Cosmus, homo verò paruus, vnus alteri similis, ex ipso vis confortationis oritur, vt quicquid ex Archei corde natũ est, cordis confortatiuum existat, uelut Aurum, Smaragdus, Coralium, & pleraq; alia. Quod ex hepate fuerit, elemẽti cosmi confortat hepar, & sic de reli-

quis. Huiusmodi vires confortatiuas non dant Mercurius, sulphur, neq; sal, sed cor solum elementorum, ex quo virtus illa procedit in elementis: qua fit etiam arbor ex semine stans, manens, & in altum exurgens, fœnum atq; stipulę segetum. Ocularis est & externa vis, quæ in animalibus stabilitatẽ, atq; motum, vt in productis operatur. Est & alia quæ sensibus, aut oculis non subijcitur: hæc est virtutis in seipsa fortitudo, qua conseruatur, sanumque manet omne cui inest: spiritus est naturæ de quo res omnes à natura productæ participant, aliàs destruerentur. Manet spiritus hic in suo corpore fixus, & ipse est, qui hominem pro cognitionis ratione sui corroborat. Archei virtus igitur cũ suis membris in minorem Cosmum ingreditur medio vegetabilium, aliarumqúe mundi partium.

FINIS.

AV-

AVREOLI THEOPHRASTI AB HOHENHEIM

Doctoris vtriusq; medicinæ de Contracturis earum origine & curis, duo tractatus.

Summarium eorum quæ primo, secundoq; tractatu continentur.

CAPVT I.

DE contracturis membrorum in corpore, per dissolutionem vnionis ortis.

CAP. II.

De contracturis ex tartaro, calculo-ve procedentibus.

CAP. III.

De his quæ ex colica ducunt originem.

CAP. IIII.

De his quæ ex cholera proueniunt.

CAP. V.

De contracturis ab excessibus in potu.

Secundo tractatu.

AVREO.

AVREOLI THEO-PHRASTI PARACELSI TRACTATVS PRIOR, DE *contracturarum origine.*

CAPVT I.

MVLTIGENVS inter homines contracturarum numerus, me summoperè mouit duos de contracturis in præsentiarum tractatulos in lucem ædere, partim in Chirurgorũ vtilitatem, vt ex his earum originem, & curam addiscere valeant, partim, & potissimum vt patientibus meliùs tutiusq; subuentum sit. In primis de Contracturis ex lęsione dicemus. Earum ego differentiam quintuplicem esse repperi, quarum quidem omnes, & per se quælibet membrorum contractionem modo curabilem, aliquando prorsus incurabilem efficit. Singularem quæuis originem habet, sed non sunt vnius & eiusdem omnes principij, per eandem viam ad locum diuer-

ſum, & diuerſo modo perueniunt, vnaquæquæ pro ſuæ naturæ proprietate, ſicuti ſuis capitulis infra dicetur latius. Illa quæ fit ex læſione corporis, eſt omnium peſsima, de qua primo tractandum etiam eſſe duximus: externis accidentibus fit, vtpote verberationum, vel fodicationum ictibus, caſu, vel alias diverſimodè, iaculis, telis, bombardis, abſtruſionibus, fractionibus, &c. Quandoq; propter conſtipationem in carne, quæ nutrimentum impedit, contracturæ fieri ſolent, vel ariduræ, quarum ſuo loco mentionem facimus, vbi de aridura loquimur. Similiter accidere ſolet propter venarum obſtructionem, quæ nutrimento ſuum tranſitum impediũt, non per naturam, ſed accidentibus extrinſecis, vt ſi cuipiam venæ truncatæ fuerint, niſi per competens medicamentum in vulnerum concluſione ritè iungantur, quod vias, atq; meatus omnes aperiat, ex alteratione pororum, & meatuum in arterijs, oriuntur contracturæ. Sæpius etiam euenire conſueuit, vt propter abbreuiationem alicuius membri vel curæ defectum (quod plerunq; fit

ex

ex medicamentorum impertinentia, ſicuti loco de vulneribus habetur contractura naſcatur, cuius cura ſub antedictis accidentaliter factis continetur, quia cauſa per quam lapſus iam factus fuit, carnes & venas obſtruxit, atq; mortificauit, vt nerui prorſus in ſeipſis deficiant, membroq; nullas vires adhibere valeant, vnde ipſum etiam deficere cogitur: quod patebit clarius, vbi de cura per quam mortificata membra quæquæ refocillari, viuificariq; rurſus poſſunt, agetur inpoſterum.

De contracturis ex tartaro calculóue procedentibus.

CAPVT V.

OFfertur & alia contractura, quæ procedit ex calculo, vel tartaro, ſub cingulo dumtaxat regionem habens, doloribus quandoq; maximis præcedentibus, totam illam corporis plus mediam partem interimit, inſenſitiuam, & immobilem reddit. Nonnunquam in ventre ſolùm torminibus inteſtina contrahit, quod externè uideri ne-

quit. Aliquando nates, & fundamentum arripit, dorsum incuruat, & femora, feminaq; super genua, tunc in fundamento contracturam facit. Aliquoties vsq; ad ipsa genua extenditur, & crura, postmodum totam corporis partem sub cingulo contractam, impotentemque reddit omnino. Iam de huiusmodi contracturarum origine loquemur, calculi relinquentes originem, aut renum & vesicæ tartari, quæ licet istarum sint contracturarum exordia, libro de Lythiasi tamen, & arenis abunde satis explanantur. Arena, & Lythiasis in spiritu rerum, in sanguine, & in omnibus quæ concauitates habent existunt, præsertim in renibus, & cum sanguine per totum corpus expanduntur. Vbi iam ista materia congelata, vel ad congelationem eo loci quo se recepit, ex sua natura proprietateq; disposita fuerit, spiritus vitalis, & humor vitæ cordisq; (in quo sumit exordium) qui ad femora, crura, pedesq; totos pertinent (cum per totum corpus diffusum sit) eiusq; portio quæ partibus inferioribus competit, per loca transiens in quibus, tartarum,

rum, & calculus situm habent, ibidem sophisticatur: & propter suam humorem attractionem, per quos transitum facit, à tartaro vel calculo recipit impreſsiones, tartareasq́ proprietates, quas retinet, secumq́ vehit ad regiones, ad quas à natura disponitur, in singula membra scilicet inferiora. Quod si pauca fuerit huiusmodi substantia, manet in fundamento hærens, & incuruationem dorsi facit. At si paulo plus fuerit substantiæ, progreditur ad femora. Si plurimum, ad extremas corporis partes, infimasq́ transiens, contrahit omnes, impotentesq́ reddit. Non omnes hac ratione qui tartaro laborant, vel calculo contracturas patiuntur, quòd eorum calculosa, tartareaq́ substantia compacta, coagulataq́ sit, vt humori, spirituiq́ vitæ permisceri non poſsit, illæsiq́ renes, & vesicam transeant. Est & alia ratio, videlicet quód arenosæ, calculosæq́ substantiæ paucitas, parum etiam inficiant spiritum, isq́ non plus damni potest quâm receperit inferre. Hæc est indubia ratio, cur vitæ

ſpiritus, & humor, quòd nempe materiam ad ſe talem receperint, membra contrahant. Arenæ Lythiaſisq́ materia lapidea eſt, acerrimæ concretionis, & coagulationis. quum igitur venis, iuncturis, oſsibus, medullis, & carnibus admiſcetur, horum naturam immutat, nutrimentorum ductus obſtruit, venas & medullam oſsium frigefacit, vt inſtar aceti congelati fiant, &c. Natura ſua tamen per commixtionem cum ſpiritu vitæ non immutatur, imo ſemper acrior euadens illum in qualitate magis falſificat, qui rurſus id ipſum quod nutrire tantum deberet, etiam falſum, non ex ſuo, ſed ex alieno facit. Ex iſta qualitatum, complexionum, & naturæ contrarietate, naſcitur conſtipatio pororum, arteriarum, carnis, & medullarum in oſſibus congelatio: ſicvt per acetoſam, & tartaream huiuſmodi frigiditatem, prorſus immobilia membra facta ſint: nec ſolum propter frigiditatem, ſed etiam ob aciditatis aſperitatem ipſæ venæ corroduntur. Corrupta quædam eſt frigiditas omnis ſpiritus expers, & materia ſpiritu carens, tanquam ace-
tum

tum quod fixum est absque spiritu corpus, & membris inhærens humida frigiditas spiritũ nullum habens: quòd alijs corporibus frigidis & humidis non contingit, quia viuentem ista spiritum continent, qui non permittit ea contra naturam aliquid moliri, sicuti scripsimus de acetosis, in libro de lapide & arena: quorum etiam generatio, contracturarum ex arena tartaroque prouenientium est origo, spiritumque vitæ, necnon eius humorem impediens tartarea calculosaque sua proprietate membris in inferioribus dispersa diuisaque materia, prout supra dictum est.

De contracturis, quæ ex colica ducunt originem, in manus atque pedes repartitis.

CAPVT III.

Contracturæ quædam ex colicis passionibus oriuntur, de quibus (colicam & originem eius, quòd in alio libro particulariter tractemus eam relinquentes) hoc loco scribere prætendimus: quarum variæ sunt spe-

cies. Nonnullæ cum aridura. Aliæ cum tremore. Aliæ cum membrorum, & venarum attractionibus. Aliæ cum venarum prominẽtia. Cum doloribus aliæ. Quædam per membrorũ indormitionem. Aliæ cum vomitu prorumpunt: quarum omnium colica vt in posterũ audietis causa est. Primo cum tormina colica ventrem exagitant, vt eorum est proprietas, eius loci natura quærẽs auxilium ab ipsa natura, de membris carne minus onustis, vtpote brachijs, cruribus, & spina dorsi (quibus vitæ spiritus debilior existit, ideo facilior ad recedendũ à suo loco, membrisq; læsis succurrendum) attrahit humorem hunc vitæ, qui quòd in illis membris paucissimus existat, totus affluit: non ita quidem à carnosis. Vbi iam humor vitæ relictis suis membris peruenerit in ventrem, à colica materia propter coniunctionem inficitur, illiusq; veneno tingitur (de quo mentio fit in descriptionibus colicæ) & inde contracturarum tres species oriuntur. Vna postquã per se iam cessauerit morbus absq; medicamento, rediens vnde processerat victo riam

riam

riam adeptus humor iste vitalis, ad singula sua membra colicæ perniciem secum vehit, quæ non alias, quàm arena & lythiasis est contractæ naturæ. Talis corruptio quòd contra membrorũ naturam illa subintrarit, aliarum instar in contracturam transit, & inde sequitur impotentia. Quòd ex quauis colica nõ accidat, ratio est, quia substantiæ colicæ parum, hoc, ab humore vitę penitus absumitur. Secunda colicæ contractura fit, ex insufficienti, vel impertinẽti medicamento, qùod omnẽ huiusmodi materiam consumere minimè potuit, & quod residuum fuit humori vitæ permixtum est, qui postmodum sparsus in omnia sua membra, contracturas induxit. Tertia colicæ contractura nascitur, quum sub istis passionibus intratur in balneum, quia statim atque membra calefacta sunt, calor iste rursus humorem vitæ reuocat in suum locum, maximè quòd eius sit proprietas ad calorem se recipere. Vbi iam in sua venerit, secum adfert colicæ materiam sibi permixtã, & membris refrigeratis relinquit eam, quæ tandem operatur ex proprietate

ſua, capitaliaq́ membra quatuor impotentia reddit. Nonnunquã inter balneãdum, ſi talis materiæ plurimum fuerit, quia iam aliàs quam aſſueta ſit (in ventre ſcilicet) in brachijs, & pedibus ſe reperiat, continuo membra contrahit: eius nanque ſalſedinis aſperitas (cum nihil aliud ſit colica, præter ſal vt ignis calore, aciditateq́ vehemẽtiſsimis vrẽs) venas, atq́ iuncturas impotentes reddit, vt in alijs ſuis agnatis proprietatib. efficere ſolet: aliquando carnes, & muſculos, vt acidorum eſt natura, corripit. Talis eſt in iſtis locis contracturarum origo, quæ nihil aliud eſſe videntur, q̃ humoris vitæ in colicam attractiones, & poſtmodum iſtius in quatuor membra capitalia cum concepta malitia receptio, ibidemq́ manens corruptio ſimilis tam diu, donec per eam humor ille vitæ penitus abſumatur. Ex huiuſmodi corruptionibus membrorum aridura naſcitur, eo quòd natura retrocedere, ſuasq́ nutriendi vires cogatur his amittere: tum propter fellis aciditatem abundantiſsimam, tremor in membris excitatur, in vno tamẽ quàm in alio magis:

gis: aliquando cum retractione membrorũ, quòd fellis natura sit in quæ dominatur ea stringere: aliquoties cum extensione superflua, propter humoris vitæ fortitudinem, qua membrum læditur ad impotentiam: & persæpe cum debilitatione propter eiusdem humoris deprædationem â colica factam.
Insensitiuæ contracturæ sunt emortuę, propter h moris corrosionem ab aciditate, frigiditateq́; materiæ colicæ temporis successu factam, sic vt stupefacta membra non sentiant. Sunt & aliæ sensitiuæ, quòd robustum adhuc humorẽ vitæ retineant, qui se contra morbi cõflictum defendere nititur. Quæ vomitum excitant à colica procedunt, membra nondum obsidẽte prorsus, sed partim in uentriculum recepta per fel eum infestat, vti libro de colica demonstratur. Quicquid præterea de prædictis cõtracturis scitu necessarium fuerit, capitulo de cura continetur.

De contracturis, quæ ex cholera proueniunt.

CAPVT IIII.

OMnium eſt peſsima quæ cholera gignitur contractura: nam transmutatione contra naturam, ex totius corporis accenſione, cum externorum, tum internorum membrorum in cholericis tantum, & præſertim in mulieribus, in omnia membra producitur in hunc modum. Ad exceſsiuam hominis choleram, fel aciditatis ſtipticitate ſua calorem addit in corpore, quo tandem in venis omnibus accendit ſanguinem, ex cuius feruore ſudant venæ ſub cute: ſudor hic eſt ſal in quo viuit & cõſeruatur ſanguis, vti de ſanguine ſuo loco dicitur: huiuſmodi ſal ad venas, neruos, & carnes tranſit, ac ad omnia quæ corripere poteſt aſperitate ſua. Sic etiã ex impreſsiſsima cholera ſolet accidere, quũ per vniuerſum corpus ſæuit, huius motu ſudor excitatur per quam acidus, qui nulla alia motiua cogi poteſt in exitum, quàm ſuperfluo calore per choleram ortum habente, quo fel accẽditur

ditur in amaritudinem, eam adfert, ac vnà cum ſudore per venas ad ſanguineum tranſit: poſtmodum acrimonia fluxionis iſtius, in materialem aquam ſal huiuſmodi reſoluitur, per quam dictorum quatuor in vnicam formam eſſentialem fit in venis & iuncturis commixtio, ſicut in alijs. Poſtquam ſudor huiuſmodi cholera motus iam ceſſauerit, fel ad ſuum locum redit, ſedatur calor, ſed remanent illæ commixtiones in locis ad quæ cholera, ſudoreq́ promotæ ſunt, quia non recedunt à iuncturis, in quas receptæ ſemel fuerint. Cholera pariter abeunte, mox adeſt humor vitæ, qui cum dictis commixtionibus iunctus, acrimoniæ materialem earum ſubtilitatem recipit, hac etiam brachia pedes, & exteriora membra quæquæ reddit contractionibus impotentia. Periculoſa tandem cura ſubſequitur, atq́ difficilis, & potiſsimum in mulieribus, quibus tam inordinata cholera naturaliter ineſt, vt ſanguinem vitæ ſpiritu ſuo prorſus euacuet. Quapropter in mulieribus choleræ contracturarum curæ difficiliores exiſtunt quàm in viris, & ple-

runq; mortem inducunt: maximè quòd accedat inuidia, per impreſsionis aſcenſionem orta: quæ non aliâs ac fel aſcendit, ac mouetur ab inuidia ſicuti fel à cholera. Feri poteſt igitur vt ex inuidia naſcantur incuruationes, & ex iſtis contracturæ, prout ex cholera proueniũt. Eſt itaq; choleræ contractura, calor ab exterioribus choleræ motibus aſcẽſus, quo ſpiritus, & humor vitæ contra venas & iuncturas inficiuntur, & corpus ſuum in contracturã ducere, motumq; ſimilem in his magis quàm in alijs contracturis exerere coguntur. Inde fit etiã vt minus alijs curabiles exiſtant, raroque penitus curari poſsint: niſi ſpiritus adhuc aliquid reſiduũ ſit in membris, totusq; non fuerit exſiccatus, ſic vt ex tantillo rurſus multiplicari queat, aliàs fruſtra curabitur, vt in practica latius.

De

De contracturis ab excessiuo potu prouenientibus.

EX vino superfluè poto generantur etiam contracturæ, quæ prolixissimæ durationis, mēbra præ cæteris exedentes, & ex sua natura difficillimæ curationis existunt hac de causa. Vinū spiritus habet subtilissimos, quos vbi potū fuerit, vnà cum humore vitæ permiscet, facileq́ recipiuntur, cum propter similitudinē, tum etiam ad humoris vitalis nutrimentum. Permixtione facta, vini qualitas calida & sicca suas operatiões exercet indomitè: propter sui subtilitatem tartarum in se resolutū etiam continet, inde fit vt cum tempore magis atque bibitum, humorem vitæ magis exiccet, absumatque, nec vegetare permittit: quod vbi perfecerit, membrum eo loco priuatur suo nutrimento, motu pòst, & vltimo vita: venæ siquidem, vt ex sua natura, stringuntur, arescunt, ariduraqúe subsequitur, aut crassus spiritu vitæ vacuus humor effluit. Non tamen omne vinū

id efficit, potiſsimum illud quod ſubtiles admodum, tartareoſq́ ſpiritus non habet. Quapropter ex aliquo podagra vel calculus oritur, ſicuti libro de Podagra, & Lythiaſi diximus, hoc fit ex diuerſitate naturæ cum vini, tum hominis, vti libro Philoſophiæ noſtræ de varietate creſcentium ſecundum naturam, ponimus.

MEDI-

MEDICORVM EXCELLENTISSIMI DOCTORIS AVREOLI PARACELSI

Tractatus alter, de cura & medicamentis, quæ sunt Contractis adhibenda.

De ordine, differentiaq; seruandis in Practica.

CAPVT I.



VM supra quinq; contracturarum origines posuerimus, æquum etiam fuerit earum curas ex ordine describere, quod præsertim hoc præsenti capitulo facere conabimur. Eadem præmissæ contracturæ, non diuersa ratione curandæ sunt omnes, & in sui cura non separandæ, quòd eundem habeant exitum, & principiorum causa medicamentis non indigeat. Nam atq; morbus â membris expulsus est, & spiritus, humorq; vitæ restituti sunt in pristinum suæ naturæ statum, isti per sese curant, ac omne quod vitiosum est explodunt. Primo

ne cura dicimus, medicamenta quæuis ad contracturas aperitiua pororum, humorum calefactiua, humectantiaq; nervos, & arterias esse debere. Hoc tamen animaduertendum est, vt in eodem gradu sint, in quo morbus ipse: nam si leviora fuerint, inutilia prorsus futura: qualitates eorum morbi qualitatibus oportet ex æquo correspondere. Non omne calidum, nec humidum quoduis, licet etiam aperitiua sint &c. faciunt ad curam hanc, sed vt inclinationem habeant à forma specifica necessarium est; particulariterque particularibus etiam contracturis apta sint: qua via, non alia, cura possibilis est. Notandum insuper contracturas in supremo gradu morbi constitutas, & postremo, non solum siccitatis, humiditatis, caloris, aut frigiditatis, verum etiam extinctionis humoris, & mortificationis, æqualibus etiam extremum sanationis gradum obtinentibus medicamentis, & quæ ad vitam restituendam membris valeant, curari debere, non alijs. Talia proprietatum præparationibus rerum naturalium quæ sequuntur, at non omnium, acquiri pos-

ſunt medicamenta. Spiritus vitæ reuocandus eſt, recuperandus, & renouandus, excellentiſſimis, & confortantibus plurimum remedijs, quorum humore nouo ſpiritus ille vi quadam introducatur in membra, de quibus praui cum ſuis venenis, & infectionibus humores expellantur, ſingulari medicinæ practica naturaliter hoc ipſum operante. Conſiderandum eſt vlterius huiuſmodi medicamentum quod iſtis morbis reſiſtere debeat, non commune, non crudum, nec inſeparatum (ni fortè leuis, & quæ iam ceſſare cœpit contractura ſit) exiſtere debere, ſed ſpirituale quid, corpus totum penetrans cum proprietatibus antedictis. Duobus modis iſta cura fieri debet: Vno quidem vt illa membra quæ ſunt à ſuo loco mota, reſtituantur vt decet. Altero vero, quòd maximis confortatiuis, vti ſunt, Aurum potabile, Oleum Solis, Materia perlarum, Eſſentia antimonij, Arcana quintæ eſſentiæ, Aqua vitæ, oleum vitrioli, Aqua tartari, Quintum eſſe gemmarum, Coraliorum, & ſimilium, paulatim ſubleuentur, confortentur, & in priſtinas vires reuocentur.

centur. At licet hæc vocabula ſint medi cis antiquis, vel qui ſaltem antiquorum nomine medicorum ſe venditant, cum tamen antiquas denominationes & me dicinas ignorent, incognita, non eſt quod cures aliud, quàm vt bene cures: illa tibi clarius in libro noſtro quintarum eſſentiarum, & eorum præparationes pro maiori parte ponimus. Nunquam D. O. M. ſufficientes canere laudes, nec agere gratias totum genus humanum poterit, pro tanto medicamento, quod paterna ſua liberalitate ſuis dedit creaturis: nam illud eſt ad calorem, & frigiditatem, omniumq; ſupplentiſſimum, humoris, & vitę ſpiritus ita reſtauratiuum, vt iſti poſtmodum quaſuis infirmitates naturaliter pellant, quæ ad finem à Deo poſitum impediunt corpora peruenire: verum vnde ſimilem efficaciam nactum ſit, hoc loco non, quia libro quintarum eſſentiarum apertiſſimè declaramus. Admirabilis profecto medicina, quæ pariter humidum, atque ſiccum, calidum æquè ac frigidum curat. Hæc eſt ratio, cur generalem curam ad omnes contracturas ponimus, vt in

Auro

Auro potabili: cuius etiam non miratur quicumque verè philosophus existit, quòd Aurum & eius proprietates, eiusque supremũ oporationis gradum nouit, in confortatione totius naturæ humanæ: per quam solam omnes morbi sunt, & potissimum illi qui supremum gradum occupant, vt contracturæ curandi. Non aliàs in perlis, vel vnionibus, quum præparatæ fuerint: & magis quàm in illis in antimonio, qui virium in corpore est renouator omnium, vti loco de restauratione, vitæque renouatione ponimus: item in arcano quintæ essentiæ, in aquis vitæ, quæ per earum subtilitatem virtutes omnes in vniuersa corporis membra ducunt, augentq; : singulariter in viribus olei vitrioli, & aquę tartari, quum ad similitudinem essentię quintæ præparantur. Non minor est in coralio, preciosisq; lapidibus virtutum efficacia, quæ singula præfatis libris enarrauimus: quod magis requiritur, addemus ad hanc practicam.

Est & alius contracturas curandi modus, per externa medicamenta non inutilis, vt per fumigationes ex Balsamis,

& arcanis: per balsama terebinthi, lauri: per oleum ranarum, adipum, gummi: per arcana, compositum, solidum & elementatum, quorum descriptiones ponemus, at præparationum processus, cum in libro de essentijs existant, hic superfluè non repetendi. Pariter ad vnguenta nullã demõstrationẽ, quod in libro de ægritudinib. membrorũ habeant facimus, at solũ practicè docemus curas cuique suam dosim, & vsum adscribẽtes.

De Auro potabili, & Oleo Solis ad membrorum contractiones.

CAPVT II.

Diximus antea cõtracturas alio modo curari minimè posse, quàm per medicinas in supremis gradib. existẽtes, vt est Aurũ potabile, similesque de quibus in gradib. maiorib. egimus: quã obrem earum, vt in libro de Quinta essentia dicitur, est habẽda maxima cura.

Dicitur aurũ potabile, quoties vnâ cum alijs spiritibus et liquoribus, in substantiam quæ bibi posſit, redigitur. Oleum eius est, quum ex sola sui substantia præter additionem, oleum iam factum est aureum. Quinta essentia di-

citur Auri, quoties ab eo rubea tinctura tracta, separataq; fuerit à suo corpore: nam virtus, actiuaq; vis in tinctura dumtaxat existit. Dosis Auri potabilis, est ℈.1. qualibet vice. Olei dosis aurei pondus granorum hordei decem non excedat. Et quintę essentię Auri, granorum est trium similium per vicem aquæ vitæ bonę, vel alterius aquæ subtilissimæ commixtorum, maneq; , sub meridiem, & vesperi sumtorum, pro medicinæ quidem exigentia: quæ sine corrosiuorum, aut corrumpentium additione fit eius naturam immutare minimè valentium, vel cum ea permisceri.

Auri potabilis descriptio.

Accipe Auri foliati, puluerati, necnon in succum soluti ℥. 1. & acceti destillati quantum satis est addito, simulq; destillando toties à se mutuo separato, quoad saporis eius quod adiunctum est nihil prorsus maneat. Postmodum sume subsequentis aquæ vitæ ℥ v. quas in pellicanum affusas vnà simul per mensem digerendo, perfectum habes Aurum potabile, cuius practicam

ex libro nostro de quinta essentia discas oportet: quæque licet multis coloribus non depingatur, vt moris est, par tamen hoc sæculo medicina reperiri non potest.

Eius aquæ vitæ descriptio.

Recipe vini ardentis lib. decem.
Rosarum.
Melisse.
Rorismarini.
Anthos.
Cheiri.
Foliorum vtriusque Ellebori
Maioranæ ana. m. 1.
Cinamoni.
Macis.
Nucismuscatæ.
Garyophyllorum.
Granorum paradisi.
Piperum omnium.
Cubebarum ana ℥. ij.
Succi chelidoniæ.
Tapsi.
Melissæ. ana. lib. s.
Cinerum fabarum ℥. v.

Mixta

Mixta simul omnia per duodecim dies in pellicano digerātur, separa tandem, & vtere sicuti dictum est.

Olei solis descriptio.

Postquam succus ab Auro per acetum, vti supra, fuerit separatus, bulliat quindecim diebus in digestione quæ sequitur, deinceps balneo separetur, & in fundo manebit oleum spissum, quod Aurum est permixtionis expers. Hoc vtere sicut suprà.

Corpus digestionis eius fit hoc modo.

Accipe succi Chelidoniæ.
Aquæ vitæ ana lib. 1.
Resoluti solis vt supra ℥ iij.
Misce simul, & operare sicut audiuisti.

Formula quintæ essentiæ.

Accipe quantum voles Auri, per cementū regale, vel antimoniū repurgati, cui per aquā salis metallicam proprietatē, aut malleationē auferas. Postmodū ablue residentiā aqua dulci. Tincturā eius extrahas per spiritū vini. Postremò

ſpiritum eleuabis ab ea, manebit in fundo quinta eſſentia.

Aquæ ſalis conſtructio.

SAl tritum accipe mundiſsimum, & albiſsimum per ſe quod ſine decoctione, bullitione, vel alia quauis arte, qua ſal fieri conſueuit à natura productum ſit, hoc ipſum liquefacias aliquot vicibus, & ſubtiliſsimè tritum, ac vnà cum ſucco radicum raphani mixtum, atq; ſolutum deſtillabis, & cum ſanguinea dum viridis exiſtit iterum ponderibus æqualibus admixtum deſtillato quinquies. In iſto liquore laminatum Solem, vti ſupra diximus, in puluerem ſolues. Abluatur hic puluis aqua limpidiſsima, deſtillataq; toties donec omnis ab eo ſalſedo recedat: libenter enim ſal ſeparatur ab eo, quòd non miſceatur corporibus in profundo, quapropter ablato corroſiuo, manet Aurum per ſe ſolum vt oportet.

Spiritus uini extractio.

ACcipe vini menſuram vnam optimi, naturalis, & rubei potius quàm albi, quòd in circulatorium vas

vas amplum (vt melius rotetur) positum, & obstructum, ac in balneum maris ad profunditatem vini mersum, per quadraginta dies bulliat. Postmodum effusum in cucurbitam destilla frigide tam diu donec spiritus exierit, & postquam signum suum non dederit amplius cessato mox (aliâs in secunda parte chieurgiæ magnæ sic habetur)

Postquàm dederit signum suum ceßabis, nam quòd sequitur est aqua uitæ, non spiritus. utrumq; ualet, quia signum hoc loco duplum apparet, unum spiritus alterum aquæ uitæ.

Hunc vini spiritum ad residentiam effundes, quæ est pulueris instar mundissimi, sic vt sex digitorum latorum altitudine supernatet, clausaq; simul omnia vitro peroptime, digerantur in balneo diebus triginta: quibus tinctura spiritum subintrat, in fundo residet puluis albus. Separa per artem, & fluat puluis, inde fiet aqueum metallum, vel aqua metallica. Spiritum euaporare permittas, vt Alchimia docet, manebit succus liquoris similitudinem habens in fundo. Liquorem hunc ad quinam vicem

graduabis, per vas retortum pro quantitate materiæ, ſubſtantiæq́; capax: graduatio talis fit per eleuationem dumtaxat, quæ ſubtilem reddit huiuſmodi ſubſtantiam, ſed vltra quintam eſſentiã ſe trahi non permittit.

(Alias eodem Chirurgiæ magnæ quo ſupra loco ſubſequitur, hoc eſt. ij. iiij. o. ulterius comburitur.

Vſus iſtius eſſentiæ quintæ eſt vt ſuperius, & libro de quinto eſſe latius declaratur.

De medicamine materiæ perlarum, & aſſentia antimonij.

CAP. III.

Materia perlarum, ſuccus eſt ex margaritis, & vnionibus tractus, & potabilis, ita potens, vt inter ſpermata nullum illi ſimile fermè reperiatur, cuius extractionis modus talis eſt.

Formula

formula conficiendi margaritarum succum.

Accipe libram vnam aceti destillati mundissimi, Aquæ vitæ circulatæ librã semis, margaritarum mundatarum vncias quatuor, quæ postquam pulueratæ subtiliter, & præparatæ fuerint, vnà cum alijs in circulatorio digerantur per mensem. subsidebit materia perlarum, vt pinguis liquor: qui quum apparebit, separentur aquæ per effusionem succo reseruato, de quo dentur grana sex per vicem. Sunt & aliæ succum huiusmodi parandi viæ, sed hęc est omnium vtilissima.

De essentia antimonij.

Essentia antimonij est purgatio prę ter secessum, quæ purgat hominem excellentissimè super alia quæuis arcana, radicitus euellit auferendum, ac omne quod immundum reddit humanum corpus: hoc in supremum vsq; sanitatis gradum purum efficit, ac ab omnibus

ægritudinibus mundat, etiam illis, ex quibus oriuntur vlcera. Quicquid penes hominem fuerit impuri delet, ac magis omne quod in homine per hominẽ indecentis inueniri poteſt. Si tu medicinam hanc vel potius arcanum reperias, imperito ne dederis. Philoſophi, necnõ artiſtæ plurima tentarũt in antimonio, verum ad fundamentum eius purum & perfectum peruenire non potuerũt ante mortem, quam etiam priuſquam naſcerer perſoluerunt. Hoc loco præparationis eius principium non quod in libro noſtro de quinto eſſe reperiatur, ſed remedium contra colicam ponimus, vt ſequitur.

Ad colicam.

Accipe aquarum Meliſſę.
Vitæ circulatæ.
Succi Chelidoniæ ana ℥ iij.
Florum alborum antimonij: ℥ 1.ſ.

Digerantur diebus duodecim. Poſtmodum ſeparando per balneum, inuenies eſſentiam antimonij, de qua doſim vnã facies ℥.s. qualibet vice.

De reme-

De remediorum arcanis essentiæ quintæ sulphuris, & aquarum vitæ pro contracturis.

CAP. IIII.

Accipe florum sulphuris lib. s.
Florum alborum antimonij ℥ 1. s.
Succi Auri ℥ 1.
Aquæ vitæ circulatæ ℥. x.

Digerantur ad mensem, & in massam duram congelentur. Huius qualibet vice ʒ. 1. administrabis.

Aquæ vitæ mirum in modum penetratiuæ compositio.

Accipe aquarum Melissæ.
Rosarum.
Cheiri.
Saluiæ.
Balsami ana lib. 1.
Piperum omnium.
Cubebarum.
Zingiberis.
Cinamomi.
Masticis.
Myrrhæ rubeæ.
Maceris.

Caryophyllorum.ana ℥.ij.
Succi mellis lib.s.
Aquæ vitæ rectificatæ lib.v.

Digerantur omnia ſimul per nouem dies, & poſtea ſeparentur, & in pellicano deſtillentur ad ſpiritum. Tandem ad liquorem hunc adde pomum toſtum, & fractũ, & ſimul vnà cum ſubſequẽtibus aromatib. digerãtur ſuper cineres per tres dies: de qua ſumantur grana quinque ſingulis diebus.

Accipe cinamomi.

Caryophyllorum.
Macis, ana ℥ ij.
Anthos.
Cheiri ana ℥ s.
Ambræ ʒ.ij.
Muſci grana quinq;.
Zibetæ ʒ s.
Zingiberis
Cubebarum
Nuciſmuſcatæ ana ℥ 1.s.
Amomi ʒ ij.
Zedoariæ ℥ ij.s.
granorum paradiſi ℥ 1.s.

Poſt horum omnium digeſtionem ſepa-

ſepara, ſeruaq́ꝫ vaſis vitreis obſtructiſſimis.

De medicamento uitrioli, & tartari pro contracturis.

CAP. V.

Oleum vitrioli per ſeipſum abſq́ꝫ additione, ſed ex proprio ſucco medicina eſt: at quia nõ omne vitriolum perfectum, nõ immerito quod optimum fuerit eligendum, ex quo phlegma totum, & oleũ extrahitur, poſtea rectificatur à ſuis fęcibus toties, donec ad ſpiritum exaltetur: de quo tres guttas adminiſtrabis, cum alia conuenienti quapiam aqua mixtas: poteris & aquarum vitæ pauxillum affundere. Non reperitur medicamen aliquod penetrantius membra citius, aut materialius iſto perquirens à fundamento, quâm tibi iã poſuimus. Eſt & aqua tartari tracta de vero tartaro perquàm excellens ad ea quæ dicta ſunt, vt etiam libro de quinta eſſentia ſcripſimus.

Proceſſus in extractione phlegmatis, & olei uitrioli tenendus ad contracturas.

Ad extractionem ſpiritus vitrioli, qui eſt omnium excellẽtiſsimus, & potentiſsimus, licet ab aliquibus phlegma nuncupetur, hoc modo procedendum eſt. Igne violentiſsimo, necnon in erecta cucurbita, vſq; ad nonum alembicum per reuerberatorium in athanar locatum ad quartũ diem naturalem vrgeatur, & ſpiritus hic pręparatus erit.

Proceſſus ad aquam tartari pro contracturis.

Tartarum optimum accerrimè destillatum, in pellicano ſubtiliſsimè rectificabis, cui quidem aquæ vitæ rectificatæ partem æqualem addes, eiusq; decem guttas adminiſtrabis qualibet vice. Habet enim tartarum peculiarem vim ad membrorum conctractionem curandam, & proprietatem ad penetrandum per vniuerſum corpus. Sunt & alij lapides quorũ liquores eandẽ vim obtinẽt à natura prout coralia, colorataq;, quorum hoc loco mẽtionem nullam facimus, quòd pauci ſunt, ac Eſſentiarum libro contineantur. De confor-

confortantibus, & internis dictum sit hactenus, licet breuiter. libro de Essentijs quære latius.

De fumigationibus membrorum contractorum, per extrinseca medicamina.

CAP. VI.

Possunt etiam contracturæ per extrinseca remedia curari diuersimode, sicuti ponemus per suffitus, & fumigia, prout sequitur. Cõtractum siue pedem siue brachium includes in vas appropriatum satis amplum, vt in eo constrictum non sit, ac vas cooperiri valeat, ne fumus exhalare posit.

Postmodum accendes quod sequitur, & in vas reconditum cooperi, tantisper ibi maneat, donec fumus ille cessauerit: hoc fac per medium diem. Si suffimen vnum videatur non sufficere plura fiant. vapores in vase densabuntur in liquorẽ, vt in alembico solent.

Huiusmodi subtilis vapor qui proprie fumus non est, penetrat, membrũ calefacit, venas & humorem vitæ refocilla-

ac ad naturalem vitam reuocat: Processus hic tenendus erit, donec durabit infirmitas. Instrumenta, vas, & alia quę necessaria sunt ad hanc rem, ponimus in libro de curis vlcerum vltimis capitulo de vaporibus.

Receptum.

Accipe olei oliuarum.
Olei Iuniperi. ana ℥. v.
Masticis lib. s.
Therebinthinæ ℥ iiij. s.
Salis petræ ℥ 1. & s.

Mixta simul in cacabo succendes, accensa peroptimè super fundum vasis inferius, & intus pones, ac membrum teneatur supra vaporem, coperiatur vas fundo superiore ne vapor exeat. Quū perceperis extinctam esse materiam, exemtam rursus accendas, & impones toties, donec tempus supradictum impletum sit. Vapor iste mirum in modū calefacit, ac recreat membra. Sunt & alia suffumēta, quorū hic vnū adhuc ponemus.

Accipe Taxi pinguedinis.
Olei oliuarum.
Adipis ranæ minimę viridis, & calamites

lamites appellatæ ana, lib. 1.
Myrrhæ.
Masticis.
Terebinthi. ana lib. s.
Accende sicuti supra dictum est.

De Balsamis, quibus & contracturæ curantur

CAP. VII.

Fiunt & quædam laudabilia Balsama, quibus contracturæ curantur, & quorum magnus est numerus, nos tamen ea solum huc adducemus, quæ nobis cum vsu, tum experimento probatissima sunt. His enim calidis mēbra sunt optimè perungenda, singulis diebus ter, & absq; intermissione.

Primum Balsamum.

Accipe Terebinthinæ destillatæ. lib. ij.
Galbani destillati. lib. 1.
Gummi elemni destillati. lib. s.
Rursus destilla simul, & inde fac Balsamum à suis fæcibus, & phlegmate separatum, eo demum vtere vt supra.
Aliud Balsamum.

Accipe Terebinthinæ.
Oleorum laurini.
Oliuarum.
Iuniperi. ana lib. 1.
Masticis
Myrrhæ
Thuris singulorum lib. s.
Destilla per se quæ sunt eiusdem qualitatis, videlicet olea per se, reliqua tria etiam per se, quæ mixta simul iterum destilla semel, & vtere sicut audiuisti.

Aliud.

Accipe Adipis Taxi.
Seui ceruini.
Ranarum adipis.
Ceræ ana lib. 1.
Masticis lib. ij.
Thuris lib. s.
Euphorbij ℥ iij.
Destilla sicuti supra narratum est.

Aliud.

Accipe Gummi opopanacis lib. 1.
Galbani lib. ij.
Serapini lib. s.
Armoniaci Quartam 1.
Bdelij Quarta s.

Simul

Simul commixta cola per acetum, et in oleum deſtilla, cui tandem ea quæ ſequuntur addes.

Accipe Terebinthinæ deſtillatæ lib. iij.

Olei philoſophorum lib. s.
Olei laurini deſtillati lib. 1.
Maſticis
Thuris ana lib. s.
Myrrhæ lib. 1.

Deſtillentuur omnia cum oleo prædicto rurſus in oleum, huic ea quæ ſubſequuntur impoſita ſimul in Sole digerantur vaſe vitreo.

Accipe Styracis liquidæ ℥ 1. s.
Ranarum numero viginti
Adipis taxi lib. s.
Aceti deſtillati
Vini ardentis ana ℥ 1. s.

Poſt menſem exprimes vſuiq; reſeruabis. Notandum eſt inſuper, ex prædictis naturalibus corporibus quodlibet per ſeipſum ſufficiens eſſe quum deſtillatum, & rectificatum fuerit, vti per Alchimiam huiuſmodi preparationum vnicam artificem docetur.

Aliud.

Accipe lignorum Iuniperi.
Fraxini
Sabinæ, id est Tamaricis
Fagini ana lib. 1.

E quibus arte communi destilletur oleum, quo quidem rectificato per pellicanum, vtere.

Aliud.

Accipe seui ceruini lib. iij.
Adipum felium
Vrsi ana lib. 1.
Taxi lib. v.
Hirci libras ij.

Ex quibus etiam oleum destilletur, huic ranarum viuentium sex libras addito. Postmodum rursus distillato, quæ que sequuntur imponito, videlicet.

Seui ceruini lib. 1.
Adipis taxi lib. iij.
Ceræ lib. s.
Aceti quartam s.

Et vnà cum præcedentibus fiat vnguentum hoc in contracturarum diebus primis vtere potissimum.

De arcanis, & contracturarum alijs medicamentis.

CAPVT VIII.

LAtius te Lectorē facere cupio participem arcanorum, quibus non aliàs quàm balſamis contracturę curari poſſunt, quorum etiam forma non olei, vel pinguedinis, at aquæ ſimilitudinem refert. Qua de re dicuntur arcana, quòd reliquas excellant aquas. Horum arcanorū ſpecies quatuor exiſtūt, videliccet, Archana, Compoſitum, Solidum, Elementatum, & Metallicum.

Formula arcani compoſiti.

Accipe alcool vini lib. vi.
Cantharidum ℥. x.
Canapi
Florum Tapſi
Camomillæ
Hypericonis ana m. vi.

Tere, miſceq́ʒ ſimul, & in ſole, vel fimo digerantur per menſem, deſtillentur poſtmodum, & huic ea quę ſequuntur impones.

Accipe Canapi
Florum tapſi
Camomillæ
Hypericonis
Centaureæ
Prunellæ
Betonicæ ana lib. s.
Maſticis
Mumiæ ana ℥ 1. s.
Thuris ℥. v.
Lumbricorum terreſtrium
Ranarum ana lib. s.

Deſtillentur in circulatorio per octo dies, hoc vtere non aliâs quâm de balſamis ſuprâ dictum eſt.

Arcanum ſolidum.

Accipe ſucci flammulæ, ex tota ſubſtantia, hoc eſt ex floribus, caule, folijs, & radicibus.
Succi florum tapſi ana lib. 1.
Alcool vini lib. ij.

Digerantur in ventre equino per decem dies, & his vtere ſicut ſuprà.

Arcanum elementatum.

Accipe chelidoniæ
Meliſſæ

Eru-

Erucæ
Iuæ artheticæ
Florum tapsi
Papaueris
Centaureæ
Betonicæ
Parthenionis
Hypericonis ana m.ij.

Terantur omnia simul, & aceti parumper addito, putrificentur, & exprimantur optimè succusq́ per circulatorium vas decem diebus ascendat absq́ intermissione, quo liquore tandem vtere: nec erit inutile masticem addere, similiaq́.

Arcanum metallicum.

Resolutum accipe metallum, quod circuletur octo diebus, dulcificetur postmodum, & in vsum assumatur. Metallorum tamen discrimen erit faciendum: Solis est aqua metallina præ cæteris ad contracturas præstantissima. Breviter hoc loco discurrimus ea, quæ de quinta essentia libro latissimè contenta sunt.

Conclusio de contracturarum curis, per quam earum uires declarantur.

CAPVT IX.

IAm aliquot recepta pro contracturis posuimus, pro maiori parte non incognita, quorum si debito præparatum fuerit ordine, pariter & administratum quodlibet, est ad curam sufficiens. Verum quòd aliquibus non subuentum est aliquando, causa duplex assignatur. Prior atq; minor, quòd membro spiritus, humorq; vitæ prorsus relicto nullo residuo deperijt, naturæq; medentis intrinsecus, vel naturalis balsami nihil in eo remanserit. Altera maior, est Fatum à Deo sic ordinatũ, de quo libro de Fatis agimus. Vtraq; non aliâs innotescere medico potest, quàm ex perfectorum adhibitorum ad curam hanc medicamentorum effectuum nulla demonstratione, per quod indicium alteram, vtramq; dijudicare poterit occasionẽ, cur nihil efficere posit in contracturarum cura. De cætero nulla reperitur infirmitas, quæ proprium non habeat ex

aduerso medicamentum: etiam nulla contractura per infirmitatem orta, cui resisti non posit. Quapropter, quoties vna morbi, toties & eius remedij causa reperitur. Quòd fatalibus morbis diffi cilè mederi queat medicus, fidei defectus erga medicinam, et naturę cursum id efficit. Quamobrem hic in terris spe constantissima duci, & mortalitatis, ac medicinę vires, vt morborum etiam oc casiones, et inimicum à corpore nostro pellendi modum cognoscere deberemus. Fatum nos etiam docet, per spei certitudinem expectare hoc ipsum, q̃d impedire nullo modo possumus, & in nobis ipsis nullam, at in eo solo spem, ad quod Pater ille noster Deus ordinauit omnibus in operibus nostris ponere docet: vnde proueniũt ea quæ libro nostro de Fatalib. profitemur. Verumenimuero, cum iam medicinæ tantam perfectionem habeamus, & quod magis est, misericordiam eius qui creauit eam, spe firmissima freti progredimur, quantum ex eius voluntate nobis est permissum ad resistendum Fatis, medi camentis in supremo gradu, contra su-

premum infirmitatis gradum constitutis: in quibus etiam infirmitates superãdi, post ea quæ dicta sunt magnam habemus fidem, vti prologo primo librorum omnium ponimus.

OPERIS CONCLVSIO.

AD eorum veram & fundatam conclusionem, quæ dicta sunt, notandum erit his qui metallorum essentiam, & originem ex ratione vera cupiunt cognoscere, metalla nostra nihil aliud fore, qnâm lapidum communiũ partem potissimam, optimamq́ʒ, lapidum spiritum, gluten, seuum, butyrum, oleum, & pinguedinem, quæ adhuc in lapide mixta non bona, non pura, nec sincera, minusq́ʒ perfecta sunt: hæc est ratio cur in lapidibus, quæri, reperiri, cognosci, separari, & per contusionem, ac liquefactionẽ extrahi debeant. Quo facto nõ sunt ampliùs lapides, sed præparata, completaq́ʒ metalla syderibus cœlestibus comparanda: quæ quidem, lapides à terrestrib. secreti sunt. Postremo si quispiam inuestigare cognoscereq́ʒ mineralia metallaque voluerit, est quòd

quòd firmiter sibi proponat, in cõmunibus cognitisq́ mineris semper non esse quærendum, nec in profundo montium, quia sæpenumero faciliùs inueniuntur in superficie terræ, quàm in eius vtero, copiosiusqúe. Hac de causa quiuis lapis in aspectum oblatus, siue magnus, siue paruus, rupes integra, vel cos extiterit, diligenter examinandus, cuius proprietatis, aut naturæ sit: nam aliquando coticula reperitur, quæ licet aspernata, vaccę valorem excedit. Non est etiam opus considerare latiùs vnde lapis hic originẽ habeat, aut à quo maiore sit auulsus, vt eius copia maior haberi queat, quia non aliunde quàm à Cœlo, quod habet, ortum est. Reperitur & vilis terræ puluis, aut arena, quæ ☉ & ☾ plurimum contegit, secumq́ vehit: hæc notato.

FINIS.

D. DOCTORIS THEOPHRASTI PARACELSI PRAEPARATIONIS ELLEBORI, ET IN SVVM ARCANVM REDVCTIONIS, AD ELEMENTORVM QVATVOR PELLENDAS INFECTIONES

breuis Declaratio.



Cui de Porosa, vel Perforata quædam accesserunt arcana.

BASILEAE,
PER PETRVM PERNAM,
Anno M. D. LXVIII.

CAPITVM SEQVENTIS libri index.

PRAE-

PRAEFATIO IN ELLEborum.


LLEBORVM, aut veratrũ duabus denominationibus propter colorem, vna quidẽ album, altera verò nigrũ hactenus appellari consueuit, cum tamen ex proprietatibus vtriusq; radicis propriè magis nominari deberet. Quapropter si verius à virtutibus denominare licet, albi radix iunior, & nigri senior vocabit:hac de causa. Licet vnam, & eandem virtutẽ ambæ radices, in eo tamen differẽtem habent, quòd radix iunior, iunioribus tantum infra quinquagesimum annum existentibus, & senior his qui dictum annum excedunt, administrari debet. Nec de elleboro solum id à me dictũ existimetis, sed etiam de reliquis herbis, & radicib. vtriusq; sexus denominationem habentibus, masculi videlicet ac fœminæ: quamuis propriè tales non existant in sua natura (nam vt illa minimè concurrunt) verum vt medicus facere discrimen valeat, vnam iu-

uentuti, & alteram ſenectuti conueni-
re: ſicuti poſtmodum in Elleboro de-
clarabimus. Maximum certè penes me
dicos hoc delirium taxandum eſt, qui
vix tantum ſapientiæ conſequuti ſunt
hactenus, vt iudicaſſe potuiſſent, aliud
eſſe de iuuene, longeq; diuerſum de ſe-
ne ſentiendum, tum quòd natura dupli
cem pharmaceuticen inſtituit. Præter
eius ordinem itaque foret, ſi iuuenis eo
quod ſeni conuenit vteretur, & è con-
tra. Ad eorum declarationem exem-
plo ſit Luna, quæ ſingulis renouata mē
ſibus, creſcit à ſua iuuentute vſque ad
ætatis ſuæ medietatem: illa pleniluniū
vulgo dicitur, in quo iuuenta ceſſat a-
ſcendere, deſcendereq; ſenectus inci-
pit vſque ad finem ætatis illius. Quod
iam de Luna dictum eſt, non ſecus de
hominis ætate, cuius illa iuuentutem,
& ſenectutem præfigurat, intelligi de-
bet. Eadem enim inter aſcenſum, & de-
ſcenſum, quæ inter iuuentutem & ſene
ctutem eſt differentia. Quiuis ergo me
dicus Lunę naturam & proprietates e-
xactiſsimè prius intelligere, demū ho-
minis ætatem, vt eſt, ex ea cognoſcere
debe-

deberet: quæ quidem ætas à Luna, tanquam à vero libro, non manu scripto necessario discitur. Alia igitur est herbarum natura, pariter & vsus in ascensu qui fit, alia sub Lunæ descensum: id vulgo mas in priori, fœmina quidem in posteriori dicitur ætate. Notandum est etiam, duobus omnia contineri numeris: quæ numeris tamen subiecta sunt. Et cum duo numeri simul conueniunt, inde resultat integer ex duobus, quorum neuter iam per seipsum integer existit. Quid igitur Ellebori senioris iunior ætas? quid iunioris altera prodest? Quum vero simul ambæ cognitæ fuerint, homini medicamentum, cùm ad priorem, tum ad posteriorem ætatem possunt esse perfectum, atque tutum. Et quia iuuentus, & senectus simul esse nequeunt, nec etiam æquis librari ponderibus, at vna corrumpit alteram: iuuentus senectute non indiget, nec iuuẽtute senectus, vti Luna iuuenis senectutẽ nõ admittit, nec etiã iuuentutem Lua senex. diuisit Deus medicinam in duas partes, alteri neutram subijciens. Discriminis cognitio quoque

necessaria est inter morborũ priorem, & alteram ætatem: aliam quippe naturam habet Paralysis prioris ætatis, aliã in posteriore, aliam in priore curam ętate, necnõ in posteriore diuersam. In Elleboro tota huius morbi cura continetur, cum discrimine senectutis, & iuuentutis eius, ac morborũ differentia. Verbi gratia Podagra duplex est, vna prioris, altera posterioris ætatis, quarum Elleborũ est integra cura, & integra cura est in Elleboro, non tamen ambæ possunt in eadem radice existere: quapropter ipsamet natura diuisit, vt corruptiones non concurrerent. Herbarum itaq; diuisionum, ætatum, medicamentorum, & hominis estote memores, vt arcani secretiq́ue naturę maximi, quod quisque medicus ex Astronomia natus intelligere potest. Putaticijs alijs medicis respondendum est, nõ solum quòd istos per ea quę dicta sunt absolutos velim, sed veris medicis etiam proponam, talem in ipsa natura fieri diuisionem, per quam vnum quodq; relegatur ad suum locum, ad quem naturaliter ordinatum est. Vt medicamentorum vires

res eo loci perueniunt ad quem debẽt, id eſt, à natura diſponuntur, nec alio ſe per artem trahi ſinunt, ſic etiam à ſua in aliam ætatem duci nullo modo ſe patiuntur. Teſta quidem ad vnum locum in corpore ſe recipit, vitellum oui rubifi catur, & in cryſtallinam formam teſta per artem reducitur, ſic etiam alio loco ſunt contraria, quum in aliena vel extra nea ſubiecta proijciuntur.

Præparatio foliorum Ellebori nigri.

Poſtquàm Ellebori nigri folia ſiccata fuerint in vmbra flatibus orientalis venti, vel ſubſolani, ſi terantur in puluerem ſubtiliſsimum, & cum æquali ſui ponde re ſacchari puri miſceantur, ſunt pręparata. Medicorum & Philoſophorum primi quibus & ſanitatis, & vitę longæ conſeruationis maxima cura fuit, horũ foliorum vſum exercuerunt: cui bonũ adiecerunt vitæ regimen omnibus apprimè neceſſarium, qui ad hunc finem pertingere nituntur. Ab ętatis anno 50. cæperunt finem vſq; vitæ medicamento quod narratum eſt, vti: anno quidem pro 365. diebus vt nunc ſupputato. Fa-

ctum est, vt inde sine morbis, at sani terminum vitæ suum adimpleuerint: nullum in illis vlcus, apostema, nec in hepate, nec in pulmone, multò minus in splene locum habuit. Nullus etiam fluxus chirurgicam artem concernens, vt sunt vlcera, lupus, cancer, & id genus alia, nec intrinsecus catarrhus aliquis nasci potuit, quo Paralysis, Podagra, Chiragra, vel alij dolores, vt in coxis, vel renibus, frigidi vel calidi (qui senibus communiter euenire solent) aut febres, vt sunt quotidianę, tertianæ, quartanę, vel aliæ, succrescere potuit. In illis nulla putrefactio generata est, propter quam halitus fœtere potuisset, aut vermes procreari: quorum si plenam historiam describere velim, plurimis folijs cõplecti minimè potest. Postmodum humoristæ surrexerunt medici, qui secreta naturæ contemnentes, & omnia præter suam nullibi fundatam theoricam, absq; naturæ proprietatum cognitione vera, purgationes, clysteria, necnon syrupos excogitarũt, quibus vno die tantum efficere posse, quantum hæc folia viginti vel triginta perperam conati sunt: hinc herbæ

herbæ contemtus huius & obliuio, cuius locum purgationes & clysteria tenent, orta sunt. Memini tempore meo plurimos catarrhosos, pituitosos, scabiosos, & alijs morbis onustos, qui hac vsi fuerunt ex antiquorum ordine sanitatemque suam ex renouatione suæ naturæ prorsus recuperarunt: quos etiam curare medicis humoristis impossibile fuisset, ac incognitum: quòd nihil opere, sed lingua tantum præstare valeant. Sumserũt singulis diebus manè ʒ. semis vsque ad L X X. annum, post quẽ vsque ad L X X X. vel ad finem vsque sui termini sexto quoque die ʒ. integrã. Nec est quod putaticij medici mirẽtur, naturam plus posse quàm eorũ ars valeat: quid potest locis cõparari naturalibus? quicumque hoc, & artem ipsam ignorat. Plus virtutis & virium inest huic vnicæ herbæ quâm scribentum omnium in Academijs lectorum libris, ad vitæ longæ conseruationem describitur. Quapropter antiquorum hoc medicamento præ cæteris vegetabilibus ad vitæ longæ præseruationem delectatus sum.

Dd radice Ellebori nigri.

Radix Ellèbori nigri virtutem ac vires quatuor sanãdi morbos habet, scilicet Caducũ, Podagrã, Paralysim, & Hydropisim: hæc diligentissimè notanda sunt, presertim quòd graues admodum in seipsis morbi sint, excellentissima radicis huius etiam virtus existat. Vbi primum Caducus ex membris in caput venerit, ista radice curari potest secũdum gradum, quem habent inter se comunẽ, nempe radix, & morbus ipse. Podagrã etiam in quouis membro, superius, aut inferius existentem in corpore (licet grauissimus morbus hic sit) expellit, quia radicis huius virtus in gradu sanationis aquæ grauis existit. Post Guttæ, vel Paralysis in latere iactum fundamẽtum, causans materia radicitus hac radice tollitur, & per eam vita membris paralyticis restituitur. Non alias in Hydropisis, fontes & riuos morbũ hunc efficiẽtes, euacuat, & omne quod innascitur, eijcit. Quatuor huiuscemodi virtutes habet radix ista, quamobrẽ declaratione maiori quâm hactenus facta sit, in dictorũ cura morborũ, opus esse videtur.

Administri

Administratio radicis Ellebori nigri, morborum supra dictorum quatuor curam.

Ad Epilepsiam, & Podagram.

Luna deficiente, radix euellenda est in signo Libræ (quod morbo comitiali maximè conuenit) ac in Planeta Veneris flatibus venti Borealis ad vmbrã exsiccanda. Mos fuit antiquis medicamẽtis vti sine additione, mẽs vtiq; modus hac vtendi radice, fundatissimusq; processus, est iste. Priusquàm patientem comitialis morbus arripiat, tribus antea diebus (si quo modo cognosci põt, vti penes aliquos, aduẽtus terminus) purgetur, iunioribus in lacte, senioribus in in vino dentur ad potandũ ʒ. ij. puluerate radicis ter, id est, ad paroxismi diem vsq;, sæpius hoc repetito processu: quẽ antiqui tenuerunt. Itidẽ in Podagra diebus successiuis ante quàm dolores percipiantur, purgetur patiens, quo facto fluxus podagricus auferetur à toto corpore, sic vt hora paroxismi patiens parũ, aut nihil doloru sentiat. Antiquiores Philosophi soliti sunt hoc loco sæpissimè purgare, sic vt Podagram omnem

expulerunt. Statim ac irruperunt humoristæ, vnica plus hora, quàm integro natura potuisset anno, facere præsumserunt: vt etiam illis creditum est, ita mox medicina funditus perijt.

Ad Guttam, vel Paralysim.

Si vetustate confirmata sit, purgetur patiens vt supra. Radicis istius efficacia est, vt morbum hunc à fundamēto quærat, nihilq; relinquit in toto corpore, quod radicitus non percurrat, quia contra huiusmodi morbum gradum æqualem obtinet. Quicumq; pondus hoc ignorauerit, æqualia scilicet esse debere pondera, vnciamq; semis præterierit, non curabit huiusmodi morbos. Quãobrem administrari debet hæc medicina, pro personarum, infirmitatum, & commoditatis respectibus.

Ad Hydropisim.

In hominibus aquæ fluxus, atq; fontes incredibiles his qui non viderunt, nununquàm exurgere palam est. veluti Moses virga sua rupem in Horeb percutiens aquam effluere fecit, potest etiã fieri, vt Deus hominem flagello percutiat, sicuti Moses rupem: sed quia miseri

cors,

cors, dat etiam remedia, quorum vnum istud est. Purgetur ergo patiens hac radice sæpius, & semel intermissis vicibus: hac ratione fluxus ille tollitur, vt superabundare nequeat amplius. Elleborum in Hydropisi superfluam exsiccat aquam à scaturigine. Medico tamen animaduertendum est, vt pro morbi qualitate plus vel minus purget, quod pro virtute radicis, & exigentia factum erit.

De alijs morbis, quibus medetur etiam radix Ellebori nigri.

Quum in hominibus Caducus morbus, Podagra, Paralysis, vel Hydropisis pullulare incipiunt, dolores oriuntur capitis, oculorum, aurium, dentium, & alij plurimi diuersimodè: nam antea quàm horum morborum quatuor vnũ arripiat suum patientem, similia, necnõ alia multa signa præmittit: quòd raro morbus vnicus, aut solus, imo comitatu plerumq; maximo solet inuadere. Mox atq; medicus percipere poterit (vti merito cognoscere debet) huiusmodi morbum aduenire, qui tales nuncios,

aut præcursores miserit, contrarijs etiã præcursoribus anteuenire, non aliâs ac si dominus eorum esset præ foribus, conabitur huiusmodi morbos. auertendi modus est verissimus, & ratio minimè fallax. Et sicuti supra dictum est, radicem à corpore quicquid ei noxium esse potest expellere, non alias & mulierum profluuium ciet, matricemque repurgat, abortum, & molam eijcit, & innascẽtia quæuis. Non omnia laxatiua menstruum, abortum, aut vermes pellunt: solum hoc præ cæteris arcanum est naturæ, quod ab hac radice nullo modo potest auferri. Huiusmodi naturam habet, vt contraria corporibus humanis marium & fœminarum, quibus infusa fuerit, pati nullo modo possit, quin radicitus euellat: si modo per medicũ expertum, vti decet, ac superius declaratur, suis loco, tẽpore, necessitateq; requisitis, administrata fuerit. Vtinã doctorũ expertissimus inter germanicas Academias omnes, istius herbæ, necnon radicis eius vsum, vti per seipsa dumtaxat existunt, valeret cognoscere: artis, & scientiæ plus satis possideret, imo plus
quàm

quam eius authores, ac ipsemet habuerunt vnquam: experientia quidem hoc doceri potest.

Additio Theophrasti super correctionem herbæ, & radicis.

Certum est virtutem huius herbæ maximã, & admirabilẽ fore, puarumq; distantẽ à gradu Balsami. Quapropter in folio Balsamũ eo magis quærendum est sub herbæ Balsamo (hoc est) herba in Balsamũ (idest) in suũ Balsamũ est reducenda: quicũq; hoc nouit, efficereq; potest, ingentẽ in arcanis absconditum naturę thesaurũ posidet: multo maiorẽ, quàm ars tota scribentũ cõtineat. Hanc in Balsamũ reducendi modus, est iste. Putrefiat in aqua propria, fimi calore peroptimè clausa, siggillataq;, postea separetur humidũ eius à putrefacto, & iterũ putrefactũ est separandũ à fęcibus, in singulare corpus resolutis: tũc erit Balsamũ cũ duobus gradib. in humido, & cum vigintiduobus in putrefacto. Dosis putrefacti secundũ gradus, & humidi secundum quantitatem cõsideretur in administratione post primũ proces-

ſum. Altius in eſſentia ſua poteſt aſcen-
dere, ſi præmiſſum opus iteratum fue-
rit, cum additione recentis herbæ. Pro-
deſt etiam poſt cibum in potu ſumtum:
de radice potiſsimum intelligas. Eius
correctio eſt, vt aliqua portio carnium,
vtpote libræ quadrans accipiatur, cui
aquæ nuciſmuſcatæ addatur vncia vna,
macropiperis aquæ ℥ 1. radicis huius in
grandiuſculis fragmentis vnciæ. ij. car-
nes minutiſsime conciſæ, cum prædi-
ctis omnibus in vaſe peroptime clauſæ
digerantur in aqua bulliente per ſex
horas deinceps humidum effundens re
ſerua, quod reſiduum eſt abijce. Iuris hu
ius pro morbi, perſonarum, & neceſsita
tis exigentia, nõ plus, nec æquo minus
adminiſtrabis, hoc ipſe tu medice co-
gnoſcere debes, vt purgare tutius, vti-
lius, promtiuſq; valeas.

Additio ſecunda.

Audiuiſtis antea radicem iſtam qua-
tuor curare morbos capitales, & her-
bam eius longæ vitæ conſeruatiuam
eſſe, quînam iſtis ad maiora progrediẽ-
dum ſit vlterius audite. Balſami Ellebo
ri nigri vnciæ, Balſami naturalis ſcru-
pulus. 1. addatur, amboq; ſimul ita per-
miſceantur,

misceātur, vt in illis vnitas, nullaq; diuersitas appareat. Ratio huius est, quia Balsamum naturam habet Ellebori, quod ad conseruationem, & non laxationem attinet. Est namq; Balsamum naturale, medicina præseruans ab astrorum infectionibus omnibus, à Pleuritide, & Peste. Non solum terrestrium infirmitatũ, sed earum etiã, quæ per aerros, & cœlestes influxus oriuntur, est habenda ratio: contra quos Balsamum æqualem gradum obtinet, præ cæteris.

Quatuor morborum capitalium perfecta cura.

Si comitialis morb. curari potest purgationibus, ista radix id omne præstabit, quod ad eius curam necessarium fuerit. Vegetabilia quædam Epilepsiã, alia Icteritiam, & alia membrorum conuulsionẽ expurgant: nam ad vnũquodque morbi genus, quodlibet etiam suæ purgationis genus reperitur, vt hic de Elleboro: verũ purgatio nõ est cura perfecta, nec sufficiens: progrediendum est vlterius. Licet ventus (aquam existimo legendum) ignem extinguat, ibi remanent adhuc carbones.

Inde colligendum est post debitã purgationem, vt supra dictum est, factam,

Epilepsiæ curam subsequi debere, quæ in arcano spiritus vitrioli labet: eo quidem ordine seruato iuuenes, atq; senes curari poterunt. Hic tamen animaduertendum est medico, purgationum, & essentiarum ordinem, ex pharmacentices arte minimè, sed ex ratione rerum pendere, quę dosim, & ipsam administrationem in omnibus indicat.

Ex alio libro Paracelsi radicis huius exaltatio.

In his morbis, quod etiam experientia mihi comprobatum est, suaderem, vt ab ista radice recentissima tota humiditas, & oleum per vini spiritum extraheretur deinceps spiritus ille separaretur, vt radicis essentia sola maneret absq; mixtura, peroptimeq; dulcificaretur. Talis est inter hãc essentiam, & præmissos processus differentia, quòd parum, aut nihil phlegmatis, aut humoris in ea, sed corporis epileptici plurimum existat. Quapropter hoc processu tutius agetur, cum hactenus melior purgatio non emerserit in lucem, nec potẽtior cura. Multoq; melior adhuc euadet, si viscus quercinus, pyrethrum & peoniæ semen addita fuerint in eius extractione, sic vt istorum etiã spiritus medicinales

dicinales accedant, senioriq; radici Ellebori incorporētur, ac simul administrētur omnia pro discretione. Hoc etiam notandum est, medicinam hanc suas operationes non ita repentè, sicuti solent aliæ, demonstrare, sed paulatim, & successiuè, secundum personarum, infirmitatis, regiminis, & aliarum commoditatum proprietates.

De Podagra.

Podagræ cura potissima est, vt ipsa curetur, & non aliud: quòd sic intelligi cupio. Humoristę purgant humores, at isti non sunt infirmitas. Humor, aut humores, Podagra, vel Podagrica, nō magis quàm album, & nigrum conueniūt: quamobrem inutiliter purgant, & non absq; detrimento. Morbus ipse curandus venit, cui nomē est, Podagra, & nō humores. Non alia cura videtur hæc, quàm si loco Petri curaretur Ioannes: videte quæso quę nam sit ista curandi ratio. Est igitur summoperè notandum radicem hanc Podagram solam purgare, medicinamq; fore Podagræ, nec solum istius, verumetiam specierum eius quotquot sunt est vera purgatio: post quam

quam tuto progrederis ad curam hęc ab essentia specificata vitrioli, tartari: tale medicamẽtum penetrat omnia mẽbra, vsq; ad suũ terminũ: tuto igitur huic fidẽ adhibere potes, quãuis istud humoristæ non intelligãt. De quibus Ouid. 2. de Pon. ridens eos ita cecinit,

Soluere nodosam, nescit medicina Podagram.

De Gutta, vel Hemiplexia.

Eadem ratione Paralysis ad terminũ vsq; purgari debet, quem ab ipsa natura, medicorum sola magistra discere te oportebit. Quum id perfeceris, accipe animam ab esse animato secũdum eius descriptionem: eo quod remanet vngatur tota corporis paralytica pars: etsi cutis auellatur, nõ est quòd cures: progredere donec patiens tres gradus caliditatis in ea parte sentiat. Postmodum esse animato coniuncto (sicut in experto lumine reperitur) vngendum erit vsq; ad terminum tertij gradus mobilitatis. Ab hinc ad curã progredere per se: termis naturalibus, confortatiuis, & calefactionibus vtendum erit. Hac via poteris ad finem curæ perfectissimæ cuiusuis morbi paralytici peruenire.

De Hydropisi.

In Hidropisi

In Hydropisi processus hic obseruandus est, vt aquæ prius quicquid est superfluũ euacuetur, & postquàm Elleboro purgatũ fuerit aut ex processu, veniendum est ad curam: nam euacuatio cura non est, sed expulsio superfluitatis tãtum. cura dicitur, vbi morbus non redierit, vt sequitur. Memineris tincturę martis, hæc sola potest idipsum efficere: quàm te lumen expertum, & alia quædam extrahere docebit, ad curam istam excellentissima, quartum exsiccationis gradũ excedẽtia: quod infra hos gradus fuerit medicamẽtum, hoc loco minimè curare potest. Huiusmodi præparationes ab Alchimia, non à decoctionib. artis Pharmaceutices petẽdę sunt. In Marte gradus iste multiplex reperitur. abeo qui põt igitur, & habet extrahito: per cuius essentias efficies, vt hydropicus in hunc morbum de cætero nõ incidat.

De moribus concurrentibus.

Superius diximus huiuscemodi morbos, alios plurimos comitari, quòd nullũ (vt aiũt) infortuniũ solũ esse videatur. Quũ ergo dolores dentiũ, colli, auriũ, vel humerorũ irruperint, dicta radice

purgandũ eſt, poſtmodũ tinctura Martis vtendũ, quæ peccantẽ cohibet materiam ne augeatur, eò quòd iſta materia præmittit huiuſmodi ſigna peius quid augmẽto ſui ſucceſſurũ indicãtia. Tales purgationes annuę fieri debẽt: eſt enim laxatiuũ annuale, quũ incremẽtum aliquod iterũ pullulare cupit, quãdoq; ſecundũ lunã, aliquãdo ſecundum ſolem, aut ſigna. Hæc igitur purgatio nõ intelligitur ex anno 365. dierum, ſed ab incremento paroxiſmi. Quamobrẽ eſt quod renoues, & prę ſerues corpora tincturis ex Marte tractis, vti medicina docet, myſteriaq; naturæ poſtulant.

Tractus Theophraſti de Poroſa.

Ad omnes aperitiones internas, & externas, vt in cute Poroſa cõfert maximè ad expulſionẽ eorũ, quæ per poros euacuari debẽt, & ad putridarũ carniũ è vulneribus eiectionem. Geſta forinſecus vti coralia ſolent, phantaſmata (quod eſt excellentiſsimum ſpectra producentia pellit, quibus ſpiritus videre, quę que horrenda ſunt audire ſe falſo homines imaginanantur. Morborum genus

nus

nus hoc ex ſui natura patientes ad ſui ipſorum trucidationem cogit, ab intellectu ſano trahit in dementiam, vanaq́ue deliria: ſummatim eorum quæ dicta ſunt in hominibus eſſe nihil poteſt, quod iſta nõ eijciat, hinc vniuerſalis hominum medicina dici, non immerito poteſt. Sapor, atque ſpiritus perforatæ contra vermes eſt ita vehemẽs, vt illos mox abigat. Nulla reperitur herba, quę poſsit per præparationes altius in vulnerum adduci curam, ac iſta: nullumq́ medicamentum in receptis omnibus, quod præter detrimentum, & accidentia quæuis, ita perfectè curet, ac Perforata: foret impoſsibile melius ad vulnera medicamentum inueniri per vniuerſum Orbem: omnia quæ ſcripta fuerũt vnquam in huiuſmodi curis excellit.

Perforatæ cura contra Phantaſiam.

Secundum curſum cœleſtium carpi debet contra Phantaſias, vt influentiæ contra ſpiritus potẽtiores exiſtant, potiſsimum, ſub Marte, Ioue, & Venere: cum Luna verò nullo modo, ſed contra ipſam, nec poſt meridiem, noctu minus, at ſub ortum Solis in aurora. Me-

lior est illa quæ penes alios flores optimos creuerit, aut inter illos: quantò altior, & florib. onusta magis, tantò præstantior, & eo tempore maximè, quo flores in summo suo gradu fuerint. Deberet, ut est per se, cōtinuatè gestari sub pileo vel in pectore, manibus, & olfieri sæpius, noctu sub puluinar poni, domus ea prosterni, parietibus eius appēdi, &c. Quemuis medicū id merito pōderare foret æquum, in hanc herbam Deum arcanum inclusisse maximum, quoad spiritus, & Phantasmata, quæ nonnunquam homines in desperationem inducunt.

Cōtra Vermes.

Nulla huius correctione contra vermes est opus: nam vt â Deo creata fuit, hoc habet. Sub signo quo ligna scindi, fodíque solet argilla, ne vermes postmodum his innascantur, carpenda est. Vulneribus in quibus vermes orti sunt, propter inualida medicamenta, quæ tonsores & balneatores applicare, hisque deprauare magis quàm curare solent, est superponenda. Aestate plerunque dieb. canicularibus per putrefactionē id naturali-

turaliter accidit, non nisi præ medicinę defectu. Hyeme quoq; vidi vermes in vulneribus, visu perceptibiliter nasci, per tres septimanas continuas, vt manè vesperiq; singulis vicibus, quantum bona manus capere posset extraheretur: cuius causa fuit vulnerum ligamentis, & pannis superfluis nociua suffocatio: tales vermes perforata sunt expellendi, per eius applicationem, & à vulneribus decidēt. Si verò vermes in corpore nati sint vmbilico superponatur. Obseruandum est tamen aliquos vermes reperiri qui non oriuntur ex putrefactione, tales etiam perforata non pellit. Sed in caseis, in carnibus, & in humanis corporibus orti, porosa super cutē posita, vel vmbilicum intereunt, postmodum leui purgatione debent euacuari. Omniū enim contra vermes pessimum, & validissimum remedium est in Hypericone.

Olei Perforatæ compositio pro uulneribus.

EXaltatio Porosæ maxima subtilissimaq; pro curãdis vulneribus est, vt ex eius semine fiat oleum, cui terebinthinæ pondus addatur æquale,

quibus & vinum rubeum optimum affundatur, & simul bulliant per horam vnam, deinceps olei recentis oliuarum, quantum illorum fuerit medietas addatur, et iterum vt prius per horã bulliant, tum demum adiungatur bona florum perforatę quantitas, ac vinum vt antea, rursus per 6. horas bulliant donec vinũ totum fuerit absumptum, binaq; tantũ olea, cum terebinthina floribusque maneant. Postmodũ in Sole digeratur cõpositum hoc per mensem: cuius vsum processus eius indicabit.

Additio super compositionem olei Hypericonis.

AVgentur eius exaltationis & curę gradus, per correctionẽ hoc modo, cum additi flores centaureæ, mastix, thus, myrrha, mumia, præparataq; fuerint, vt suprà. Notandum etiam, quũ terebinthina destillata floribus affunditur, & per mensem in Sole digeritur, postmodum cum seminibus etiam per mensem, & iterum additur terebinthinæ lotæ, quantũ est præcedentis totius medietas, & rursus in Sole digeritur vt prius, ad omnia graduata vulne-

ra

ra probatiſsimum ſit medicamentum, nullos dolores poſt concluſionem relinquens, connectens abſque ſuturis, contractiones membrorum, & impotētiam auertens: vbi vulnera, vel ſunt, aut eſſe poſſent in iſtorum aliquod accidētium prona. Nonnunquā etiam impinguntꝰ vulnera ſub aſpectu, vel ſigno malè diſpoſito, quæ tametſi parua fuerint, mortem inducere poſſunt, per ſe tamē, aut reſpectu loci vel mēbri cui fuerint illata, periculoſa nō ſunt: balſamo quod ſequitur, curari poterūt. Accipe olei laterini quantū voles, huic florum quos diximus bonam addes quantitatem, & in Sole digeri permittes, vt fermè ſiccū videatur, deinde plus florū addito, rurſus per 6 dies digeratꝰ, proceſſum hunc ſepties repetendo Balſamum efficies. quod immaturæ morti præuenire poterit in vulneribus.

Potio uulneratorum.

EST etiam potio quædam inſtar Balſami facta, quæ pota, præ cæteris vulnerum medicamētis optimum, eſt remedium ad profundiſsimos ictus, etiam ſi capitalia membra leſiſſent, qua

le nondum visum fuit, nec esse poterit melius: cuius confectio talis est.

R. olei de semine Porosæ libræ quadrantem, cui flores eiusdē impone: digerantur ad Solem, vti cōmuniter fieri cō sueuit: siccum iterū floribus impleatur. hoc repetendum erit aliquot vicibus, quo sæpius eo melius, & postmodū bibatur vt moris est, cum alijs vulnerū potionibus quibuscunq;: quod hæc potio nō adimpleuerit, nullo alio medicamēto curabitur.

Processus in usu Balsami, ad uulnera.

BAlsamum calidum guttatim infundendum est in vulnera, quæ postea filis de panno lineo tractis cooperiantur, nec permittantur quin semper eo Balsamo sint humentia.

Potionis uulneratorum usus.

SIngulis diebus manè, sub meridiem, & vesperi bibat vulneratus coclearia duo potionis istius. Cum decem coclearibus optimi uini misceatur coclear vnum prædictæ potionis, de quo mixto qualibet vice duo coclearia plena bibat, hoc est quolibet die coclearia sex, in curæ finem vsque. Recepta quæ pro-

ꝓposuimus omnia, Balsami talē virtutē habent, vt viuētia corpora minimè corrumpi, vel in eis vlcus aliquod, apostema, vlceratio, siue tale quid oriri sinant.

Aliam docebo vos graduationem. Ad primum compositum accedat theriaca, vel Mithridaticum selectum, cum aliјs diaphoreticis, & digerantur ad Solem, vel in temperato calore, postmodū administretur potus hic pro discretione, secundum personam, & constitutionem, quòd peritiæ relinquo medici.

Potest etiam ab herba floribusq́ per balneum maris aqua destillari, his quæ de Perforata dicta sunt, vtilis in additione, sed nō vsque adeo efficax: in illis tamen quę minorem curam admittunt, poterit intrinsecus, vel extrinsecus administrari. Conclusiuè, curat Balsamum istud crurium fracturas, ossium contusiones, & quæ sanguinem congelatum habent perfectissimè.

FINIS.

AD LECTORES.

CVm his libellis ponantur Auri tincturæ, olei, necnon eius poculenti succi descriptiones, uisum est & aliorum, ut Coralij, Balsami, Antimonij, Salisq; philosophorum tincturas, secunda parte libri Chirurgiæ magnæ scriptas à Paracelso germanicè, breuiterq; latinè redditas à me (seruata opinionis, & sententiæ authoris integritate) hic addere. Quòd ad contracturas maximè conueniant, & morbos capitales, de quorum curis hoc loco pro maiori parte disseratur.

Etiam ut uideant lectores optimè quàm impiè quidam Leo Suauius Doctor Parisiensis, inuidia sola, nullaq; ratione motus in me propter illas inuehat, Apologiam contra liuorem in scholijs eius in libros quatuor Paracelsi de uita longa scriptis, positam, & Basileæ impressam legant: quibus ex opposito comparatis, ueritas & mendacium in lucem erumpant. Si quid adhuc uirus habeat, quod in hanc nostram Paracelsi libellorum traductionem euomere queat, ei liberum est addere, non minus quam refellere mihi. Valeto.

De

De tinctura Solis id est Auri.

EXtracta tinctura Solis, corpus eius remanet album, tinctura vero pura est, & separatur ab impuro, id est à suo corpore: quæ separatio necessaria est. Tinctura debet clarificari vel exaltari in suo gradu, qui duplatur quinquies in bis. xxiiij, altius non progreditur: tūc potest administrari quibusuis ad renovationem sanguinis in pristinum statū, vt dicetur in administratione.

Extractio talis est.

COrpus corrumpendum est de natura sua metallica malleationeq́ per aquam Salis, demum residentia debet ablui per aquam dulcem: postmodum extrahitur tinctura per spiritum vini. Postremo eleuatur à tinctura, tunc manet in fundo.

Vsus administrationis est.

HVius dragmam vnam cum vncia vna theriacę venetę mixtam dabis ieiuno stomacho, qualibet vice scrupulum vnum. postea cooperiatur in lecto patiens & sudet: continuetur 10, vel 12, diebus.

Est etiam in Corallo tinctura perquam excellens ad purgandum sanguinem.

CORpus eius teratur subtiliter in alcool, & extrahatur eius tinctura sicut ex auro per spiritum vini, simulq; decies sexies ascendant, postmodum separentur per destillationem: ascensio fieri debet igne prorsus nudo, deinceps in balneo Mariæ separari debet liquor sexies, & iterum super feces reijci, hoc oleum administretur cum aqua theriacali, nempe scrupulum vnum olei cum eiusdem aquæ dragma vna.

Aqua theriacalis fit cum vncijs quinque spiritus vini, theriacæ duabus vncijs cum dimidia, mirrhæ romanę vncia vna dragmisq; duabus, croci orientalis dragmis duabus, misceantur omnia, destillenturq; simul & semel, administrentur ea sicuti dictum est.

Dosis administrationis est.

VT eius vncia vna dragmæq; duæ cum decem vncijs aquæ cicoreæ, vel gamandreæ misceantur, & eius mixti dentur dragmæ duæ, mane & sero: ieiunet postmodum æger quinq;

post

post sumptionem horis & totidem post cœnam: continuetur hoc sex vel septē diebus: dentur etiam aquæ destillatę ex fumo terræ, vel cicorea similibusq́ꝫ.

Tinctura Balsami.

RΕcipe balsami vnciam semis, & spiritus vini vncias viginti, ponantur simul in pellicanū vel duplex vas, & circulentur in Sole per mensem, quo facto permittit se destillari, simul cum spiritu, per alembicum, quæ destillatio melior est quàm per retortam hoc loco, sic manet hæc mixtura simul in vna compositione: cui addes vnciam semis alterius balsami, clausumq́ꝫ digeri permittatur vt cum alijs permisceri queat, ac perficiatur quod exit ex suo corpore: nam quicquid graduari debet, suam substantiam in vnum corpus terminet oportet. Et cum hoc vt supra volatile factum fuerit, addatur iterum vncia semis alterius balsami, quod exaltabis vt pri⁹, vsq́ꝫ ad duas vncias addendo graduandoq́ꝫ. Hæc est balsami præparatio potissima, quæ renouat curatq́ꝫ quicquid aliæ præparationes non possunt: conser-

uationis gratia suæ virtutem hanc cœlitus acquisiuit supra cætera quæq;.

Administratio est.

VT ex isto per se præparato balsamo des ad; pondus quinque granorum hordei, cum albo veteriq; vino bis in die, tam diu donec visum fuerit sanguinem emendatum esse.

Antimonij tinctura.

COmpertum est in hoc mundo nil aurum purgare melius, quàm antimonium, quapropter & in homine si præparetur in potũ idem præstare poterit, ac melius. Nec est quod mirentur literati tantum, prçceptorem nostrum comparationem hanc facere. Discant prius Anathomiam creaturæ magnę primæqúe cum vltima cognoscere compararéq; priusquam iudicent. Veluti sol inter stellas, & aurum iter metalla, non alias inter animalia homo priuatum obtinet: cuius perfectionis causa metaphisicè conueniunt hæc omnia simul in vnum. Sicut igitur Antimoniũ aurum penitus mundat, aliaq; metalla consumit, ita hominẽ ea ratione quam diximus repurgat absq; exoneratione alui,

alui, ſed purgatione radicali, qua ſpiritualiter omne ſuperfluum eradicat: hoc eſt excellētiſsimum archanū, cuius ſtructura talis eſt. Recipe antimonij optimi in alcool facti, quod reuerberabis in reuerberatorio bene clauſo per menſem, ex eo fiet volatile, primo album, deinde flauum, poſtremo rubeum aut croceū, leue, quod extrahes de eſſe ſuo ex lilli per ſpiritum vini, ſic vt ſupernatet viginti digitis, & permitte ſic donec coletur bene clauſum, vt ſcis: hæc eſt altiſsima præparatio lilig, quæ hominem radicitus purgat intus & extra.

Adminiſtratio eius eſt,

VT in dolium vini recentis in ſeptēbri vel octobri, ſemper ad viginti menſuras iſtius tincturæ ponatur vncia ſemis, & ſimul digeri purificariq́ permittantur ambo, de vino bibant patientes ad tres vel quatuor ſeptimanas, aut diutius, ante omnes alios hauſtus.

Tinctura à Salis philoſophorum,

REcipe ſalis auri, ſalis Antimonij, ſalis meliſſæ, ana vnciam ſemis, ſalis communis puri petroſiq́ue vncias octo, miſce ſimul, & ſuper fruſtum pa-

nis ſtratū edatur ieiuno ſtomacho. Ne mireris quod hic ponamus Sal auri, Sal antimonij, quæ ſalia vulgaria non ſunt, ſed philoſophica: poſtquam ſciueris ea quæ ſcire te cōuenit in hac arte, non miraberis amplius.

Aliud Sal philoſophicum.

RECipe ſalis Gamandreæ, ſalis cicoreæ, ſalis valerianę ana vnciā vnam, ſalis abſinthij vnciam ſemis, ſalis vitrioli dragmam vnam, communis ſalis puri petroſiq́; libram vnam, miſce ſimul, & edatur vt ſuperius.

FINIS.

BASILEAE,

PER PETRVM PERNAM,

Anno M. D. LXVIII.

